



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cum S. Scripturæ, tum SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

Quinto die Veneris Quadragesimæ: Homilia Trigesimasecvnda. De resurrectione Lazari. Eras quidem languens Lazarus à Bethania de castello Mariæ & Marthæsororum eius & c. Ioan.11.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

S V M M A R I V M

HOMILIAE TRIGESIMAE SECVNDAE SEQVENTIS.

CONTINET hoc Euangelium miraculum famosissimum à Christo patratum, quo Lazarus à mortuis reuocauit, cunctis adeo manifestum, ut illi derogare nequuerint Iudæi .a. refert illud Euangelista suis omnibus ornatum circumstantijs, quo principaliter illud confirmat, quod intendebat, veram nimirum Christi Domini Diuinitatem. Ad octo conuertitur puncta. Primum quis fuerit Lazarus, & quæ ipsius sorores, & qua ratione sit infirmatus. b. Secundum refert sedulam sororum eius diligentiam ad Christum pro fratris incolumitate recurrentium. c. miserunt; solitudinem seruantes honestioribus adeo congruam mulieribus .d. & in nuntio quod miserunt se sapientes ostenderunt .e. valde pias, & optimè in exercitio orationis instructas. .f. Tertium proponit Christi responsum: quod infirmitas hæc non esset ad mortem: non enim labores & mortes iustorum sunt ad mortem .g. quorum vitis & bonis vitur Deus ad bonum, sicut verorum amicorum. b. Quarto declaratur, qua ratione dato, hoc responso Dominus biduo distulerit iter suum; & Bethaniam venerit cum esset opportunum. i. Quinto proponitur, quod eo cum iam peruenisset à Martha exceptus fuerit, ijs verbis quæ modicam fidem indicabant .k. quam Dominus consolatur promittens ei fratris sui resurrectionem. .l. Sexto manifestatur quomodo accedente Maria & plorante, Christus infremuerit, seipsum turbauerit, fuderitque lacrimas: .m. lacrimis suis diuina nobis prælegens documenta .n. Septimo cognoscimus qualiter ad tumulum terenderit, vehementiores edens rugitus, lapidem amouere iusserit, & sonora voce Patrem æternum fuerit allocutus. o. Octauo perpendimus quemadmodum imperiosæ vocis suæ virtute in testimonium good esset filius Dei, Lazarum de tumulo viuum euocari: ita coram omnium oculis, ut eam de seipso ediderit euidenciam, quam Theologi, vocant, In attestante. p.

- §. 1. Fuit hoc opus velut amplissimus puteus ab Isaac effusus, quem Palestini obsecrare non potuerunt.
- §. 2. Erat quidam languens &c. Maria autem erat &c. Eleganter probat Euangelista Christi diuinitatem ex illo quod in Maria & fratre Lazaro est operatus.
- §. 3. Prudenter egerunt Domine ista dum stant ad Deum recurrunt, qui hoc non faciente non castigat.
- §. 4. Miserunt ad eum. In infirmitate primo recurre ad Deum, & da locum medico: non sicut Rex Asa.
- §. 5. Miserunt. Decens etenim est, honestiores mulieres, velut Sara, domi remanere.
- §. 6. Ex inani saminarum cogitatione Deus educit compedes, quibus earum refrænet discursus.
- §. 7. Domine, ecce quem amas. Inuito diabolo Athenis mulieres inueniuntur sapientes, quod silentio suo declarant.
- §. 8. Domine, ecce quem amas, infirmatur. Illi quem Deus amat, hoc ipso tribulationes mittit, quibus ostendit, se illi

- illi bene uelle.
- §. 9. Maioribus amicis suis grauiores Deus mit-
tis tribulationes, quæ spei portam aperiunt,
sicut uallus Achor.
- §. 10. Dat Deus spem supra spem labores mit-
tens supra labores: sunt enim talenta, quæ
amicis suis ad negotium partitur.
- §. 11. Domine, ecce quem amas, infirmatur.
Congruè orant he Domina, suam tantum exponen-
do necessitatem: sic & sanctissima Maria
Virgo.
- §. 12. Domine, ecce quem amas, infirmatur.
Domine suam exponunt necessitatem,
atque in motu sumunt, eius amorem,
eius cura conuiscunt remedium. Tu idem
facito.
- §. 13. Infirmitas hæc non est ad mortem.
Accidunt aduersitates & clades diuina dis-
positione ad eius gloriam nostrumq; commo-
dum.
- §. 14. Non est ad mortem. Amicis Dei, ma-
la non sunt ad malum, sicut nec inimicis bo-
na ad bonum.
- §. 15. Pro gloria Dei. Utitur Deus amicorum
suorum bonis, ad gloriam suam, sicut illi
Dei bonis, iuxta legem optima amicicia.
- §. 16. Ut audiuit &c. Tunc quidem man-
sit duobus diebus in eodem loco:
Tardauit Dominus, morti locum concedens,
ut suam ostenderet, sicut in Iordane, poten-
tiam.
- §. 17. Tunc dixit: eamus in Iudæam. Si-
cus moram trahit, quando hora non est op-
portuna, sic diligentes accurrunt ad opportu-
nam, ut declarat Abacuc.
- §. 18. Venit itaque Iesus &c. inuenit eum
&c. in monumento &c. Accessit Chri-
stus: Martha uero modicam fidem ostendit,
& insulsam rationem: dicendo: Domine, si
fuisses hic.
- §. 19. Resurget frater tuus. Ratio est hæc
multum efficax, qua nos ipsos in morte con-
solamur. Resurget frater tuus.
- §. 20. Magister adest. Omnis Maria consola-
toribus onerosis, ad Christum accurrit: ipsa
uero tres edidit actus mysteriosos: fremuit,
turbauit seipsum, & fleuit.
- §. 21. Lachrimatus est Iesus. Mare magnum
hæc lachrima componunt effusa, quibus diuina
notantur arcana.
- §. 22. Plorat, quia Lazarum amicum suum ad
hanc uitam erat reuocaturus, talis est illa:
deinde ut moderatas iustificaret lachri-
mas.
- §. 23. Iesus rursus fremuit. Secundo infre-
muit Christus: iubetque tolli lapidem ad eui-
dentiam miraculi: & doctrinam confessario-
rum.
- §. 24. Iesus autem eleuatis sursum oculis.
Magna concludunt mysteria hi Saluatoris
actus, eiusq; uerba.
- §. 25. Statim prodijt, qui fuerat mortuus:
Est hoc miraculum miraculorum abyssus,
quod eam operatus est euidenciam, quam
Theologi dicunt. Inattestante.

HOMILIA XXXII.

DE RESVRRECTIONE LAZARI.

Quinto die Veneris Quadragesimæ.

Erat quidam languens Lazarus à Bethania de castello Maria & Martha sororum eius &c. Ioann. II.



ABEMVS hodie præparandis in: raticulum sanè celeberrimum quo Christus Dominus noster famam adeo solemnem sibi comparavit, ut etiam suis inimicis hoc sufficere videretur, quo totus in eum mundus crederet, eum sequeretur, & tanquam verum Messiam libens acceptaret: est autem resurrectionis Lazari miraculum, opus

I.
Hominis reparatio respondet mundi creationi.

3. p. 93. art. vli. ad 2.

1. p. 9. 68. ar. 1. & 2. Gen. 1. 8.

II.
Cur sint in firmamento stellæ.

Ecc. 43. 9.

totis manibus eximium: ea namque de causa Aquila illa cœlestis illud posuit tanquam omnium eorundem mirabilem, quæ Saluator noster adhuc viuens paravit, & velut clauem, quæ omnium signorum eius mirabilem claudit machinam, nec non processum, quem diuinus ille scriba composuit in diuinitatis Christi testimonium irrefragabile. Monet nos Theologiz Princeps D. Thomas Deum in mundi reparatione eundem quem in creatione, conseruasse ordinem; quando mundi fabricam exortus est ut eius fundamentum Cœlum statuit octauum: idcirco namque (ut aduertit idem Doctor Angelicus ex sententia D. Damasceni.) illud appellauit Firmamentum: *Vocauit Firmamentum Cœlum.* Apud nos fundamentum, cui totius ædificij innuitur machina ad ima terræ deprimitur: portio mundi fundamentum à Deo primitus collocatum in altissimis cœlorum statuitur: etenim ab illo pendet esse totum orbisque firmamentum: quæ de causa totum illud sideribus stellisque adimpleuit: *Fecit Stellæ.* & posuit eas in firmamento, quatenus illis ornatum fulgeret angustius, suaque ad terram mitteret influentias, quibus illa fertilis fœræque redderetur: tam enim ob causam vocantur: *Stellæ quasi à stillando:* eo quod suis influxibus viuificent, distillent virtutem plantis ipsisque terræ: ita Spiritus sanctus apud Salom: *Vas Castrorum in excelsis, in firmamento*

*Cœli resplendens gloriose. Species Cœli gloria stellarum mundum illuminans, illud, Vas castrorum, idem est aque exercitus numerosissimus, quo nomine Deus Stellæ cognominat: hoc quod nostra vulgata lectio scribit: Igitur perfecti sunt Cœli & terra omnis ornatu eorum, legit Hebræica, & omnis exercitus eorum, etenim illæ stellæ exercitum constant copiosum: nam efficaciam & Stellæ vigore influentiarum mundum in esse suo conseruant vniuersum, stellæ istæ non pauca sunt innumero tantæ ut nullus detur Arithmeticus quantumuis ingeniosus qui illas numero comprehendat signetque determinato: videt D. August. Lib. 16. de Aratum, Eudoxium aliosque Philosophos qui eas numerasse sibi gratulabantur. Fuit Abraham in astrologia versatissimus atque inter Chaldaeos adeo celebris ut teste Iosepho illam Ægyptios docuerit: nihilominus iubet illi Deus ut illas dinumeret: *Numeras Stellæ Cœli, si potes ad Gen. 15. 5.* primum ingressum se victum fatetur, quo illi promisit posteros suos eodem modo sine numero fore multiplicandos, quamuis autem Astrologi sapientia clarissimi cum hoc principio incipiunt. nihilominus atremè quosdam considerant, quas vocant: *Maioris magnitudinis* quas in sex classes diuidunt, prout ex doctrina Ptolomei refert auctor modernus Martinengus: de illis disputant se adhibentque particulariter de quantitate earum, influxibus, effectibus, & metibus ut videantur eas dinumerare metetricque passus, idque tantò maiori diligentia, quanto in se sunt notatu digniores.*

IV.
Eundem illum ordinem in mundi reparatione à Deo seruatum esse cognouimus: ad hoc primum statuit solidum fundamentum cœli mundi tale firmameteretur redemptio, salus, virtus, remissio, iuramentificatio, gratia, gloria. Hoc autem esse dicimus tri: stellæ vniuersum Dei Filium humana carne indusum, acula.

L. Glossa mag. in Gen. pag. 1006.

tum, scite desideras quid sit Christus? firmamentum est, in cuius virtute totum fundatur bonum tantum quantum fundari & in animabus potest collocari: *Domini firmamentum mentis*, Psallebat David, quo nomine eundem illum promissit venturum: *Erit firmamentum in terra*, vocat illud Deus cælum: *Vocavit firmamentum cælum*, non quod corpus eius ex materia fuerit cæli compactum, ut quidam opinati sunt hæretici, sed ob eximiam eius puritatem & eminentem munditiam, qua cælos ipsos longe præcurrebat: huic in esse spirituali totum innitur vniuersum: *Nec est aliud nomen sub cælo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri.*
 Ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia (ait Apostolus) *sive qua in cælis sive qua in terris.* Impleuit Dominus hoc firmamentum stellis luce splendidissimis: intelligo miraculis, quæ conspectui hominum videbantur formosissima & quibus mundum illuminauit, instruxit, persuasit sui que fundant cognitionem: stellæ fuerunt, quibus instuebat & distillabat infirmis sanitatem, leproso munditiam, agilitatem paralytico, coeco visum, vitamque mortuis, totus ipse circumquaque cælum erat stellatum: etenim suo visu, suis verbis, sua saluta, suis manibus, sua voce, suis pedibus luxque vestis simbria salutem infundeat. Si stellæ has numero complecti volueris nihil efficies, omnem namque superant numerum quæ & eius miracula nullo possunt numero comprehendi; nihilominus astrologi & qui supremum illud attentius considerabant firmamentum, id est sacratiores Evangelistæ oculos suos in stellæ coniecerunt eminentiores, ut de illis eorumque effectibus vel parum litterarum traderent monumentis, illas Dominus in sex dispersit classes, ut astrologi stellæ, quando earum rationem reddidit amico suo integerrimo D. Iohanni Baptistæ hæc dici mandauit: *Cæci vident, laudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euang. dicuntur.* De illis apertè scribuntque particulariter: nam ex innumeris Christi Domini miraculis illa elegerunt quæ cæteris palmam in totius mundi conspectu præferebant, illa scripserunt, de illis rationem, formam, effectusque enarrauerunt.
 Illud dextero sanè calamo effecit Astrologi cælestis primipilus D. Iohann. etenim supponit huius cæli sidera ita omnem excedere numerum, ut si numeranda essent locus non esset in mundo libris de illis impendendis: *Sunt alia numerata, multa, quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula*
 Ioh. 20. 30

la, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libris. Pax! quæ sidera, quæ ad numerum non possunt reduci singulata: etenim aliquando videmus quod omnes illi ad eum accedentes solo illius contactu sanarentur, unde innumeri fuerunt & summariè verbis his comprehenduntur: *Quotquot tangebant eum salui fiebant: quia virtus de illo exibat & sanabat omnes.* alii scribunt Evangelistæ: *Omnes qui habebant infirmos, ducebant illos ad Iesum & c.* Quos impositis manibus sanitati restituebat, ex quo argumento valde solido probat Magister F. Ioannes de Ponte in sua Monarch. Christum Dominum nostrum solum plura passisse miracula quam omnes SS. simul coadunati: hoc supponit D. Iohannes porro ut acutissimus & Cælestis Astrologus oculos deflexit in sidera nonnulla primæ notæ maiorisque magnitudinis, hoc est in miracula solemniora ac mirabiliora, maiora dico, non in ordine ac Christi potentiam, sed ad ipsa facta: nam erant quædam alijs maiora, eo modo quo similiter in creatione dicuntur alijs esse maiora prout notat D. Augustinus.
 Hoc considerat D. Iohannes expendit & scribit particularibus suis confirmatum circumstantijs, qualitatibus & affectibus, ut verò verius confirmet nobis veram Christi Divinitatem: etenim fuit hoc illius principale propositum: *Hæc autem scripta sunt, ut credatur quia Iesus est Christus Filius Dei.* Cuius enim sapiens non admiretur, quæ ratione hæc describat omnia, exorsus à primo, conuersionis aquæ in vinum, eiectionis Mercatorum de templo, conuersionis Samaritanæ, Paralytici apud piscinam, Epuli quinque mille hominum ex quinque pambus, cæci nati illuminationis & tandem resurrectionis Lazari quam hodie colimus: obstupescere sanè videre quam ad amulum nobis representet, narretque singulariter hoc miraculum: erat etenim maioris stellæ magnitudinis, ut probat D. Augustinus. Idemque confirmat D. Petrus Chryzolog. vocans illud signorum signum, virtutemque virtutum: *Hoc signum videmus esse signorum, virtutum coronam esse virtutum.* Erat hoc opus quo diuinitatis Christi conuictus testimonium: quæ circa illud suis omnibus distinctè narraz conditionibus quis defunctus ille fuerit, quos haberet parentes & amicos, quo in loco eum inuenerit infirmitas, vbi mortuus, vbi sepultus: qualiter Christus absens fuerit, qualiter vocatus ex proposito iter distulerit & accedens defunctum inuenerit iam tumulo traditum quattuoriduum: quid sit quod egerit
 C c c 2 acco

Mat. 14.
 Luc. 6. 19.
 Lib. 2. c. 4.
 & seq.
 Tract. 17.
 in Ioh.

Ioh. 8. 31
 Tract. 49.
 in Ioh.
 & Ser. 52
 de verb.
 Domini.
 Serm. 63.
 D. PET.
 CHRYS.



accedendo quæ verba protulerit, quos gestus ediderit, quos rugitus vt leo quos gemitus, quos ploratus: qua ratione voluerit ire ad sepulchrum, vt præfentes omnes oculis suis defunctum conspicerent, & corporis foetorem & corrupti olfactum, producit: testes, sorores, amicos, aduenas, nobiles, qui accurrerant illas de morte fratris sui consolatur: aliosque innumeros, protestationem enarrat publicam quam altissima voce edixit. declarans opus illud se tacere in diuinitatis suæ testimonium efficacissimum: vocem refert imperiosam, quâ velut Deus vitur, quâ ratione viuus coram omnibus de tumulo sit egressus, ille qui defunctus iacuerat pedoreque corruptus: prohi quale sidus saluiferis influentijs omnibus utilissimum.

VII.
Mors in
olla La-
zari sig-
nat resur-
rectionem.

Elizeus manuum suarum virtutem ostendit in olla corrupta quæ mortem præferebat: quidquid enim in ea congestum erat venenum lapidebat (& ita tellantur repetita sæpe verba præsentium: *Mors in olla, mors in olla*) illam tamen ollam in vitam conuertit antidotum, ita vt ex illa circumstantibus omnibus epulum eliceret, quo nullum salubrius, nullumque suauius; quæ olla ita putrefacta est hæc sepultura? ipsæ defuncti sorores exclamant aiuntque: *Mors in olla: ambæ namque Christo fratris obitum protestantur, quarum altera Christum à sepulchro conatur auertere dicens: Domine iam facti quatuordecim enim sunt: porro Christus accedit (cuius expressam figuram prætulit Elizeus etiam in ipso nomine quod significat *Deus saluans*) manum applicat suæ virtutis ollæ corruptæ: mediante voce suâ diuinâ, indeque elicit vitam & epulum omnibus saluberrimum: Lazaro vitam, sororibus eius exultationem, amicis consolationem, discipulis confirmationem, omnibus bene affectis & sinceræ mente accedentibus fidem, inimicis suis recalcitrantibus stuporem: fidelibus suis excellens suæ diuinitatis argumentum, nobis autem documenta profus admirabilia, quibus mortui vitam gratiæ consequantur nos suâ Spiritus S. committitur illamque obtinebis, quæ eiusdem generalis est œconomia, si humili prece eam deprecemur dicendo: *Aue Maria.**

§. I. Fuit hoc opus velut amplissimus puteus ab Isaac effusus, quem Palæstini obsecrare non possunt.

☩ 3
Lib. de
Isaac &
anima.

Enfuit D. Ambrosii. opera quæ Spiritus S. exarat de Patriarcha Isaac adeo præclara vt

ad illa pro debito decifanda librum de illis composuerit quem inscripsit: *De Isaac & anima*. Isaac figurauit Ch. illi.
ac particulari credit plurima complexi mysteria illud, quod facer textus enarra: de nonnulli puteis, quos aperuit. Descendit hic in terram Geraris quæ regio erat Palæstina: erat autem populus hic peruersus, inuidus, multisque sceleribus inquinatus: in hac regione agriculturam exercere ac seminare contendebat; quia verò terra hæc erat arida nullis fontibus nullisque rivis rigata (sic enim aduertit Plin. Janimo proposuit quosdam effodere puteos quales modo effodimus cum molis aquarijs, vbi nulla emanabat aqua illisque sibi præualebat. Seminebat & ilico aquam educebat quæ sementem irrigaret, vnde messem collegit abundantissimam: viti huius prouentui atque incremento inuiderunt Palæstini, quibus celebris atque in tota regione eorum reddebatur famosissimus, quocirca puteos illos omnes quos effoderat obuere decreuerunt, inter illos autem tres erant celebriores: primus in terra sterili & inaquosa, vnde fuit opus illud admirabile: verum liuore tabescens Palæstini questionem illi mouerunt acerbissimam, insimulantes, quod nequam esset, inimicus Dei, atque ad illum minime spectare aquarum hanc abundantiam, quocirca nomen puteo imposuit: *Calumniam*: quamobrem nomen putei ex eo quod acciderat vocauit *calumniam*. Confestim alium effodit ampliosem; viderunt illum & tantas ob illum excitantur inimicitias, tamque graves similitates, illum obstruere conati, vt illi nomen dederit: *Inimicitias*. Post hæc tertium aperuit amplum adeo, spatiosum, ac profundum, vt ipsi viderent eum nullatenus se posse obsecrare, quocirca nomen illi imponitur: *Lacitudo*, pro quo non contenderunt: quinimo se superatos esse fassi sunt, atque in concilium conuenientes omnes principes cognoscunt, quod qui tales tantosque puteos aperiret aliter fieri non posset, quin copioso Dei munere fulciretur: & nedum non ausi sunt persecutionem in eum excitare, sed vnanimes omnes decreuerunt perpetuam cum illo amicitiam coniungi, eumque velut Dei familiarem si quæ impiam alium summe petere reterret: illum igitur accedunt rex Abimelech eiusque curiæ principes in hæc verba virum allocuti: *Domine mi fœdera iungamus amicitiam, etenim omnes te currimus vobis amicum, aperte namque nobis constat Deum tibi esse propitium: Videmus tecum esse Dominum &c.*

D. Ambrosii.
Adest modo D. Ambrosii, atque audin? hanc Lib. de
historiam? quis credat non magis hanc gra- Isaac cir.
uidam & 4. Tom. 1

vidam esse Sacramentis: *Quis hac legens terrena magis quam spiritualia opera esse arbitretur.* Praeclara valde hæc expendit D. Ambrosius, cæterum ea solum nos expendamus quæ nostro congrua sunt instructio. Isaac prototypus, expressamque Christi gessit figuram. hic in hanc venit regionem doctum aut seminum caelestem, hoc ipse declarat in parabola quam proposuit de seminante: *Qui seminat est silius hominis*; semen autem præcipuum erat: fides circa personam suam, quod esset in unum Filius Dei. Ut autem illa radices in cordibus ageret, fructumque produceret multiplicem, aqua requirebatur fecunda miraculorum sine quibus nulla speranda esset messis abundantia: ad hoc quamvis tot puteos effoderit quot miracula patrauit, eaque conati sunt Iudæi occludere eius gloria amuli, prout quotidie per singulos Evangeliorum discursus annotauimus, in illis tamen tria fuerunt omnino sing. Iaria, quæ describit Ioannes Evangelista: primum in terra sterili vnius paralytici fuit, consumpti paralytici per triginta & octo annos, curatio, hunc etenim vnicò verbo: *Surge tolle lectum tuum exiit in pedes*, sive certum dixisset esse velocissimum, huic puteo se aduersarios Iudæi opposuerunt, illum conati occludere, blasphemiam in eum contumeliosè, accusantes, quod iurans esse Dei eiusque legis inimicus, eo quod in Sabbato se uilia mandata exerceri opera, quale confesbat esse grabatum in humeros tollere: acris adeo fuit hæc contentio ut Christus cum illis perlongum protraxerit questionem, quam clara opera literis mandat D. Ioannes de in secundum effodit puteum in oculis illius, qui oculis orbis in lucem prodierat, hunc viderunt & actum conati illum obsecrare, non vulgares cum cœco iam illuminato contentiones litæque instituerunt, nunc vnum, modo alterum conuocantes concilium: nunc ad vnum modo ad alterum eorum provocantes tribunal, modo parentes quæstioni durissimè subsidentes furentem suam in Dominum liuidi prodeutes inuidiam.

II. Aqua rigatur fides in est miraculis

III. Tres putei, tria signant miracula

IV. Resurrectio Lazari puteus amplissimus

Tandem tertius apparuit puteus, in sepulchro, in quo Lazarus mortuus corruptus totidiesque prosternebatur ex quo illum eduxit viuum ad suæ tantummodo vocis imperium, in totius populi catu nobilissimo, cum expressa protestatione, voce præconia atque elata quod illum effoderet in huius veritatis confirmationem, quod filius esset Dei nissus in mundum: *Vi fecerit quatuor me misisti*: possibile non est hunc occludi puteum inquit D. Augustinus: tota licet inferni puteo iniiciatur malitia: neque enim negari potest o-

pus ad omnium oculos effectum, nec occultari factum adeo propatulum, nec calumniari quod eum expressa protestatione agebatur, quod Christus esset Deus omnibus ob generis nobilitatem notissimus. erat Lazarus: eius mors omnibus in confesso, sepulchrum manifestum, atque in illo corpus latere corruptum omnes testes oculares, eodem modo & illis fuit evidens quod ad solū merumque Christi præceptum de tumulo viuus eueisset: viderant illum loquentem, ambulantem, conuersantem, clariora de Christi virtute proferentem testimonia: protestationem audierant Saluatoris quod signum illud ederet quatenus cognoscerent quod filius erat Dei, omnes audierant nec enim quemquam latere poterat quod tam canora voce proferebat, non fuit opus hoc in angulo aut loco patratum abscondito, sed in publico prope Ierusalem, in Bethania, quò confluxerat prima totius Ierusalem generosa nobilitatis defuncti foiores visitura: *Tantum miraculum Domini tanta erat euidencia D. Auevs. diffamatum, tanta manifestatione declaratum ut non Tract. 5. o. possent vel occultare quod factum est vel negare. in Ioan. Quocirca modum non inuenerunt quo nisi quæ ad finem 2.9. sionem de illo mouerent, nec illud calumnijs aut sunt impeterent tanta namque fuerat euidencia defamatum ut nullam admitteret exceptionem. quid egerunt concilium coegerunt, ingenue falsi nullas sibi vires adesse quibus hominis illius viribus obfisterent, nec media quibus, inuidia stimulat, puteos obstruerent miraculorum, opera namque erant talia quæ totum possent post eum trahere mundum fidemque adstruere filij Dei.*

Cæterum nequiores fuerunt hiis Palæstinis, illi etenim si obsecrare audierint primos quos effoderat Isaac puteos eo quod sibi vires ad hoc crederent esse sufficientes, attamen vltimè Iudæi videntes ut amplum ita profundum nec modum nequiores superesse illum obtinendi, concilium conuocant res, ut cum eo foedera sanciant amicitia: illi verò qui signis omnibus Christi conati fuerant inferre calumniam, hoc vltimo viso adeo splendido ut nulla ex parte possibile foret illi derogare; in Concilium conueniunt ut rei veritatem faterentur sicut de factis confessi sunt, nec tamē se illi victos subdere conclusum suū, non illum admittente tamē qualis erat, sed item illi intendentes de huius operis excellentia, nec non alia in causam adherentes, fera e mortis in eum protulerunt decretum: etenim communi calculo senserunt expedire, ut moreretur ille, qui tantas illis excitabat tragœdias, ut die Veneris sequenti

latius dicendum, quinimo ea de causa Euangelista Ioannes hoc omnium miraculorum eius statuit postremum eorumque quae referunt in factus Salvatoris, & hoc capitulum sic orditur: *Erat autem quidam languens &c.* illo adverbio autem quod grammatici dicunt aduersativum, designat quod quamvis multa retulerit portentosa miracula ad intentionis suae veridicam assertionem, finem imponere voluit huic historiae supremo omnium miraculo: quasi dicat: praecelara admodum proculi prodigia nunquam visa, quae Christus edidit in aquis illas in vinum transmutans, in Samaritana, illam ex meretrice publica creans Apostolam: in paralytico apud piscinam: in palcendo quinquaginta millia hominum, in caeco a natiuitate, multaque alia infinita liceret signa proferte, verumtamen hoc vnicò concludere animus est, quod patrauit in Lazaro ad Bethaniam in quo prodigia cuncta comprehenduntur. Sic hoc

D. Avrv.
Serm. 104.
de temp.
Tom. 10.
VI.
Lazari
resuscita-
tio signu
omnium
maximu.
Serm. 63.

intelligit D. August. *Multa quidem signa ac virtutibus Dominus ac Saluator noster Christus Iesus dimisit: atque sua potentiam declarauit, sed maxime in Lazari morte, ostendens se esse eum de quo scriptum est: Dominus virum nobiscum.* D. August. ad rem manum dat D. Pet. Chrysost. hoc primum supponens: quod inter signa Saluatoris palmam ceteris eripuerunt resurrectiones, quas in mortuis est mirabiliter operatus: etenim in singulis earum reliqua omnia comprehenduntur: si namque miraculum fuerit caeco visum restituere, alibi surdo auditum, hic gressum claudico &c. omnia haec in mortuo simul coniunguntur: etenim illum ad vitam resuscitans omnia haec simul illi concedebat, visum, auditum, gressum &c. supponit secundo: quod inter prodigiosa a Christo factas resurrectiones haec ceteris fuerit illustrior: quocirca si puellam ad lucis usuram reuocauit, filiam Lazari principis Synagogae, iam illa recenter obierat & iuxta mulierum Iudaeorum errorem, opinabantur quod adhuc anima circum cuba corpus obambulare: deinde factum est hoc in cubiculo coram tribus tantummodo discipulis suis & patre ac matre defunctae parentibus, iisdemque testibus. Si viduae filium surgere fecit ad vitam iam domo elatum ad tumulum mulierum coram adstantibus ut diximus heri, adhuc corpus supra terram etate incorruptum.

VII.
Ex illo
descendit
D. Ioan.
velut ex
montis

Ceterum hoc in opere nedum erat Lazarus mortuus, sed iussu eius iam adibus elatus & ad sepulchrum delatus & sepultus, imo etiam in sepulchro corruptus ut nihil morti modo superesset quod in illo operaretur. Nihil testat vltimus considerandum ad tanti miraculi magnitudinem

quocirca pedem hic sicut Euangelista, nec ultra vertice ad in referendis Christi miraculis calamum applicat, Christi sed hoc exarato iam Christi passionem inchoat passionem. explicare, posuit autem hoc capitulum velut altissimum montis fastigium: cum enim ex vna parte absoluerit ascensum, ex altera paratur descensus: totum hoc D. Ioan. Euangelium viginti & vnum complectitur capita: decem ascensus: miracula vitamque scribens. Saluatoris: & decem descensus: in medio eminet hoc capitulum velut vertex montis: hoc autem est quod praemanibus habemus: hic namque ascensus terminatur miraculorum Christi, his nil datur ultra, atque ex illo descensum incipit, ex eo quod dicitur, miraculum hoc fuisse illud, quo Iuda Iudaeorum rabies exarduit, qua moti eum ad mortem condemnarunt.

Quantum sapio, procedit D. Euangelista con- VIII. formiter illi, quod pro fundamento statuerat in Similitudine exordio sui Euangelij, quod Christus sol esset digne mundi: *Erat lux vera qua illuminat omnem hominem: de sole testatur Spiritus S. Procedit & firmatur crescit utque ad perfectam diem, diluculo aureus Ioan. 1.1. prodit, noctis dissipans tenebras, & licet in se Prou. 4.11. aequalis semper habeat lucem, eiusque totam plenitudinem, verum illam paulatim mundo manifestat usque ad meridiem, nec vltius progreditur, sed paulatim descendit suamque lucem subtrahit, donec alterum visitans haemisphaerium velut tumulo sepeliatur. En tibi solem diuinum mundo serenum illescentem: quem lucis suae radijs quos in naturae sua protulit clartores, illuminat, semper accrescens & fulgentiores de se radios emittens, euidetiora diuinae suae personae argumenta, salus illustres eubians radios quos vates Malachias pennas appellat: *Orietur vobis in montibus nomen meum sol iustitiae, & sanctus in penne eius*; procedit & crescit lux haec usque dum meridiei fastigium ascendat, in hodierno nempe miraculo non est hic vltius progrediendum, nihil ultra stagnandum ut miracula quae in insigiosa: nec enim danda super sunt. Hoc ipsi inimici cognouerunt pariterque confessi sunt dicendo: non est quod praeceliora requiramus: *Hic homo multa signa facit: si demerit. Ho. 18. 29. mus eum sic, omnes credent in eum.* Cum tale sit 21. in 1. en. tantumque hoc miraculum D. Ioan. Euangelista hoc omnibus suis circumstantijs & conditionibus spectatu dignissimum exarauit: ita ut notat D. Chrysost. Icum Spiritus Sanctus sit Sacrae scripturae principalis, ne vnica quidem syllaba in illa fuit nec verbum, nec punctum, eam illud quod*

quod videtur inadvertenter dictum, & nulla de causa, quod sua profundissima non contineat sacramenta: quid ergo de illa scriptura censendi quam idem Spiritus S. per manum aquilæ illius cælestis D. Joannem intelligo, expressit, in non parvam Christi gloriam eiusque divinitatis assertionem, qua coronidem imposuit processui quem D. Ioannes huic congruum scripsit intentioni: expendamus igitur illas, quas possumus pro temporis angustijs.

§. 2. Erat quidam languens &c. Maria autem erat &c. Eleganter probat Evangelista Christi divinitatem ex isto quod in Maria & fratre Lazaro est operatus.

Inscribatur in Bethania non leuiter Lazarus omnibus notissimus cum ex se tum ex sororibus suis Maria & Martha, notanter autem cognita erat Maria: erat etenim illa quæ suis repudiis vanitatibus carnisque lascivijs remittens ad Christi pedes confessa procurrerat, eosdem lacrymis suis rigans, vnguens vnguento, tergens capillis, oscula illis ingens deuotissima: Maria autem erat, quæ unxit Dominum vnguento & extersit pedes eius capillis. Per transfennam hic leuiter considera quod in cortice literæ patet manifestum, quæ cura scilicet Evangelista hæc omnia designet, suisque proprijs exprimat nominibus: locum, infirmum, sorores, quod omnes essent publicè notæ, quod nihil hic factum sit admittendum, sicut illa quæ de longinquis adseruntur regionibus, atque de personis nemini cognitis, nec expressis: hoc unum est argumentum quo præter alia historiographi se veritatem dixisse confirmant: sic aduentu D. Petrus Chrysol. alia licet intentione, hic tamen ad bolidem cadit: Locum, tempus, personas, & Evangelista designat ut relationis veritas manifestis ipsarum rerum comprobetur indicijs. Verumtamen cogitationem tuam reflecte, ad id quod D. Ioannes narraturus hoc miraculum de Lazari: resurrectione scribat quasi inadvertenter & per parenthesis id quod primum operatus fuerat Christus in Magdaleræ sorore Lazari dicendo: Maria autem erat quæ unxerat &c. quæ cum esset mulier in ciuitate peccatrix lupa notoria, inferni titio, eam Christus in Seraphinam mutauit amore flagrantissimam, connectens huius Lazari resurrectioni quo ad corpus; illam quam ediderat in sorore Maria quo ad animam; quatenus argu-

mentum proderet firmissimum atque irrefragabile (a) potestatis atque essentie, Diuinitæ in Christo Iesu, quod ipse isdem Iudæis designarat, & canto, quando manifestus hauc illis aperuit fidei veritatem.

Idem scribit Evangelista Ioannes (vt notat Lib. 20. de D. August.) hinc admodum ac singulariter grauius, c. 6. nem fatis qualtionem qua Christus cum Pharisæis Scribisque dissensit, dum eum conabantur occidere: quia parato paralytici ad piscinam miraculo illis significauit, imo dixit aperiens, de verb. virtutem suam esse diuinam, seque Deum Patri Domini, æqualem: Propterea magis quærebant eum Iudæi Ioan. 5. 18. inuiscere &c. quia patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Vnde colligo quod illa Saluator non dixerit imperfectè & quasi multitando dentibus sed adeo manifestè vt sicut hoc perducles illi intellexerunt eius inimici potuissent hoc ipsum Arius eiusque sequaces intelligere, eum illi bile rabida contra Christum infremere conati vt palinodism caneret; nedum non dicta reuoco responderet Dominus sed hoc vobis sic probabo clare, vt nunquam clarius, certum est illum esse Deum qui opera facit Deo propria & eodem modo quo Deus, illa ego facio: Quicumque pater facit hæc & filius similiter facit. Quomodo probas hoc? supponit id quod Psal. 111: Propheeta regius duo esse opera Deo propria. Duo operum: anima impertiri vitam gratiæ, quæ per peccatum mortua erat: secundum, mortuum de mortis potestate vindicare, quem habet in sepulchro captiuum: Deus noster Deus saluus factuendi & Domini Domini exitus mortis.

Sic verba illa intellexit D. Basilus & notat in scolis Cardinalis Bellarminus in Hebræo haberi nomē in, ineffabile Deo proprium, quod bis repetitur: Psal. 67. Domini Domini, quasi per hoc certius alleuetando, eo modo quo dicit Sacerdotis est absolute à peccatis, hæc duo opera faciam ego ait Christus. Primum: virtute verbi mei resuscitabo animas mortuas per peccatum, hoc illis verbis: (teste D. Aug.) indicatur: Amen dico vobis, quia venit hora & nunc est; quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint uiuent. Non hoc intellexeris, inquit, de mortuis quo ad corpus sed quo ad animam, illi namque pleno ore mortui appellantur: Mortui: non est ista resurrectio corporum, sed animarum, habent enim anima mortem suam in impietate atque peccatis, de qua dicitur, sine mortuos sepelire mortuos suos.

Secundum: omnes mortuos corporaliter resuscitabo & vocis meæ virtute eos de monumentis excitabo rediuinos: Venit hora in qua om-

nes qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei & procedent &c. Non vocat illos mortuos non enim absolute tales sunt, qui solummodo quo ad corpus mortui sunt sed vocat eos in monumentis tumulisque reconditos, hęc duo opera ait. D. Ioan. proposuit & promisit Christus vt diuinitatis suę certissima testimonia: quia verò interrogare posses, quando Christus illa cõpleverit: quamvis enim de primo opere satis constet, multos enim in anima mortuos sola sua voce resuscitauit, vt pote Samaritanã, Mattheum, ac Zacheum: de secundo tamen nihil nouimus, quòd verbo suo in monumentis reconditos ad auras reuocaret: Omnes qui in monumentis sunt, idcirco hanc proponit historiam, in qua vtunque completum asserit, in duabus personis adeò cognitis ac publicis quales erant Maria & Lazarus. Mariam etenim tot mortuam mortibus quot peccatis mortalibus inquinabatur: (erant autem omnis generis indicia per septem da-

Ho. 93. in
Euang.
Luc. 8. 3.

mones, vt ait D. Gregor. a quibus vt ait Euangelista Lucas possessa tenebatur: De qua septem da-

monia exierant:) ex illis omnibus euocauit, vitamque largitus est illi gratię sublimẽ adeò, vt quę prius erat inferni tũo, illam inter Seraphinos diuino amore flagrantissimos extulit: Dil-

xit multum & hoc solo suo verbo quod illi ait, dum pedes suos peccatrix inungeret &c. Remit-

tuntur tibi peccata tua. Lazarum autẽ in tumulo iam corruptum, tantoque fetore horridum: vt germana eius soror se tantu n fetorem ferre non posse protestetur; viuum, incolumem, & alacrem suę vocis virtute resuscitauit; quo li-

quidẽ demonstrauit se idem facere posse in extremo die iudicij vt notat D. Gregorius Nyllenus: Quemadmodum vnus excitatus est à Christo,

Orat. 3. de eodem modo poterunt decem & vt decem trecenti resurrect.

& plures: atquẽ namque facile tibi est, cui obediunt famuli, multos simul euocare, atque vnicum; tam leui enim negotio ais: venite omnes, ac veni: hanc rationem conformiter proposito nostro disputat D. Ambros. & D. Petrus Chry-

solus: Lazarus ab inferis reuocatus vincenda mortis formam apportat & de seipso resurrectionis exemplum. Habes hic irrefragabilem confirmationẽ,

qua suam Christus testatur probatque diuinitatem: Quicumque Pater facit, hæc & filius similiter facit. Notanter ait Similiter, id est, non orando, non supplicando, non alienum postulando auxilium, sed eo modo quo Deus operatur, scilicet precipiendo.

Hoc vt præcipuum statuit D. Paulus eiusdem prædicator eximus de Domino nostro dispu-

tant, de quo tale fert testimonium: Qui prædicatus est Filius Dei in virtute. Sic etiam S. Patres Græci, qui prædicta verba sic legunt: Qui declaratus aut comprobatus est Filius Dei, quoniam est hæc diuina Virtus: in quo illam manifestauit in duobus: Primo, dum sanctificat animas ipsque vitam diuina sua gratia, infundit. Secundo: dum mortuos resuscitat: Secundum Spiritum Sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Illa considera: nobis enim hæc coniuncta refert D. Ioannes in duobus illis Germanis: nam idcirco ad memoriã reuocauit opus illud Magdalene: Maria erat qua unxit &c. Missum faciamus quod operatus est in Maria, & quod agit in Lazaro, consideremus: quamvis enim illud, tãto fuerit excellentius; quanto est anima corpore nobilior & animæ vita corporis vitã præcellentior; nostris tamen oculis carnalibus quibus corpora patent euidentius, admirabilior est Lazari in corpore resurrectio, quàm Magdalene in anima: quini no per hoc quod Dñs in corporibus operabatur, quid posset in animabus, clarè demonstraba: vt patet in Paralytico: dum eum curaturus sic ait: Vt scitis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, surge, tolle lectum tuum,

Qui prædicatus est Filius Dei in virtute. Sic etiam S. Patres Græci, qui prædicta verba sic legunt: Qui declaratus aut comprobatus est Filius Dei, quoniam est hæc diuina Virtus: in quo illam manifestauit in duobus: Primo, dum sanctificat animas ipsque vitam diuina sua gratia, infundit. Secundo: dum mortuos resuscitat: Secundum Spiritum Sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Illa considera: nobis enim hæc coniuncta refert D. Ioannes in duobus illis Germanis: nam idcirco ad memoriã reuocauit opus illud Magdalene: Maria erat qua unxit &c. Missum faciamus quod operatus est in Maria, & quod agit in Lazaro, consideremus: quamvis enim illud, tãto fuerit excellentius; quanto est anima corpore nobilior & animæ vita corporis vitã præcellentior; nostris tamen oculis carnalibus quibus corpora patent euidentius, admirabilior est Lazari in corpore resurrectio, quàm Magdalene in anima: quini no per hoc quod Dñs in corporibus operabatur, quid posset in animabus, clarè demonstraba: vt patet in Paralytico: dum eum curaturus sic ait: Vt scitis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, surge, tolle lectum tuum,

Matt. 9. 9.

§. 3. Prudenter egerunt Domina ista dum statim ad Deum recurrunt, qui hoc non facientem castigat.

Miserunt ergo sorores eius ad eum. In morbum incidit Lazarus adeò grauem, vt continuo illum lecto detinuerit viribus elumbum, infirmum, hoc enim est Languens; ita vt confestim manifestum vitæ periculum incurretit. Sorores eius hac fratris sui infirmitate non parum afflictæ continuo nuntium Christo miserunt, velut in quo verũ erat salutis vitæque remedium. Iam de Iudæa excesserat, quando in festo renouationis templi, de quo die Mercurij proximo, eum Iudæi lapidibus obruere conabantur, ad ripam igitur fecerat Iordanis itinere decem aut duodecim horarum à Bethania & Hierusalem, ibique moram trahebant: Exiit de Ierusalem in eum locum ubi erat Ioannes baptizans primum & mansit illic. Eo igitur sorores illæ miserunt ad eum. Optimè se ostenderunt discipulas in Dei schola instructas in qua hoc inter cetera prælegitur, vt in quacũque tribulatione necessitate, morbo, & afflictione Deus primus sit, hoc primo ad mo præ-

7

100. 10. 49

In Dei

Legitur, ad quem pro remedio confugiamus, velut ad eum, qui præcipue potest, illud largiri. Hauc doctrinam proponit ore præcellentis illius magistri Vasilij; David: *Audi popule meus & loquar, Israel & respiciabor tibi Deus Deus tuus ego sum.*

3/49-7. Aures mihi arripe popule mi, velut magistro: tibi namque meus est præscribere lectionem, quã velut fundamentum basimq; status omnis meæ doctrinæ, scilicet vt credas, meque habeat vt verum Deum. *Deus Deus tuus ego sum.* Domine libentissimè fecero, verum quibus actibus vel precibus vis vt proster illud & confitear: numquid forte dicas tibi sacrificijs? quod si Gentiles per hoc protestentur, quod idola sua habeat vt Deos, eo quod illis offerat sacrificia, hanc ne à te eandem postulas demonstrationem, & vt tauros tibi, vitulos, vaccaque sacrificem: quod si hæc parca sunt eo quod animalia sunt hæc domestica, an tibi placet, vt animalia exquiram ex huius mundi saltibus præclariora, Elephantas, Vrsos, vicor-nes quod si forte hæc tibi minime placeant eo quod per terram gradientur, an acceptum esset tibi alitum autimque sacrificium, quæ per aëra volitant, numquid accepto habeas Myllos, accipitres, falcones, aquilas?

II. Nihil horum efflagito, respondet Deus, primò: illis etenim non indigeo, nec illis vefcor caribus nec animalium autimque facior sanguine, secundò: eo quod hæc omnia & quæ mundus habet pretiosa, mea sunt, nec illis indigeo quæ tu mihi dederis aut in sacrificium obtuleris: *Non in sacrificijs tuis arguamur: Ecce. Non accipiam de hominibus vitulos, neque de gregibus tuis hircos: quoniam meæ sunt omnes fera sylvarum Ecce, nunquid manducabo carnes: aurorum aut sanguinem hircorum potabo? quod si fame scam, nunquid necesse mihi erit ad tuum confugere parvium: nunquid meus totus est mundus? Si esuriero, non dicam tibi, meus est enim orbis terra Ecce.* Quid igitur agam, O Domine quo demonstrarem atque protestet, quod te vt verum habeam mihi Deum? hoc tibi incumbit agendum, ait Dominus: vt primò omnium ad me recurras tuis in afflictionibus ac necessitatibus postulaturus auxilium: *Inuoca me in die tribulationis: non est Deus huius mundi dominis Monarchis conferendus: hoc etiam quo subditi eos profitentur esse. Dominos exponitur per munera & veltigalium iunimque solutionem, & quo quis Dominus est potentior, eo debent illi offerte pretiosiora. Profert Spiritus sanctus testaturque regni Salomonis magnificentiam eamque tal: in quã mundus non vidit ampliore. Magnificatus est ergo Rex Salomon Hieron. Bapt. de Lazaria, Tom. III.*

Super omnes reges terra: hoc omnis terra publicè latebatur negabatque nemo. *Vniuersa namque terra desiderabat videre vultum Salomonis, vt pote 23.*

Domini sui, illique deferte numerata si premæ potestatis honoraria: *Et singuli deferebant ei numera vasa argentea, & aurea, vestes & arma bellica, aromata, equos, & mulos per annos singulos, aurum argentum dentes Elephantorum, simias, & pavones.* Hic erat, ita hic erat totius terræ Rex magnificus, dum hæc illi omnia rara & pretiosa muneradeferuntur. Non sic Deus: me vt Deum tuum ac Dominum protestare nec tamè hoc volum fieri tuas mihi diuitijs offerendo; nec ea quæ sunt in mundo præclariora. Huius enim omnibus præterquam, quod mea sunt, non indigeo sed me requisico vt tibi luceatram auxiliator, teque ipsum tibi dem, dum me qualibet prellus infirmitate Deum inuocaueris: vt infirmus ad me accedat salutem, pauper remedium, opprellus submo refidum, tristisque postulaturs consolationem curamus.

Sublimem hæc ratio continet Philosophiam: quid est Deus? bonorum abijlus, in quo hæc omnia maiori copia, quàm in mari oceano aquæ continentur. *Offendam tibi omne banum.* Officina quædam est vniuersalis in quã omnibus infirmitatibus, necessitatibus & laboribus remedia reconducuntur efficacissima, proprium illi est principiu Deo pro-esse, omnem, ac originem bonorum omnium: *Acedunt, quo bona cuncta procedunt: quia etiam omnium etiam malorum peccata, nulla namque salus, nulla vita, mala nullum lenimen, nullum remedium, nullus euenus dexter, nisi de manu eius noscitur emanare; sed nec morbus aliquis, paupertas, aut calamitas, nisi illam suã providentia vel disponendo vel permitiendo, eo modo quò dixit per prophetam: Si est malum in ciuitate quod Dominus non fecerit, per hoc igitur confiteberis, quod me habeas vt Deum tuum, si ostenderis te hoc de me sentite, quod in me omnigena bona inueniantur, ac de manu mea procedere, & protestaberis illam esse, quæ morbos, ac cruciatu disponit: quod si illa ingruerint, illico, ad me confugias, medelam flagitatures. Vt quid, dum aqua indiges, ad fluium vel fontem accurras: eo quod tibi persuadeas in fonte aquam tibi repetendam. Cur sellius mitis ad officinam pro tali aut tali portione medica, quæ tibi opus est? eo quod intelligas talia salutis in illa componi remedia.*

Igitur me vt Deum habeas & hoc intelligas me bonorum omnium esse fontem, & officinã, in qua malis tuis remedia sunt efficacica, per hoc illud demonstrabis cum Deus sit, ad quem primò

III.

Deus

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

me ad

D i d pro

V.
Si ad Deum
pro nobis
recurre-
mus &
grati ferri.

pro tuis angustiis supplex recurras: hinc est quod dum labore premens nec ad Deum primo recurris sed ad hunc vel illum terræ hominem; hoc molestè ipse ferat, conqueratur, & sibi quandam interrogari censet indignam: videtur enim quod de illo hoc non censes, quod debes, nec illa vtaris fiducia, quam meretur, nec illi debitam seruis fidelitatem. Credo nobis apè quadrat ad huius declarationem lectio illa, quam dominus prima vice præcipit mulieri, quando illam in criminis suspensionem ad extremas angustias, dolores, penalesque demeravit, ait enim: *Ad virum tuum conuerso tua.* Sic ex Hebræo legimus quod in nosstra vulgata habetur: *Sub viâ potestate eris: pro vt notat.* D. Hieronymus & declarat ipse in illud ad Titum 2. *Subdatus viri fuerit,* cui ad hærent omnes sancti Patres Græci, atque expendit noster Okesteretensis in Hebræo verbum legitur, quod currere sine recurrere significat, vt possimus legere: *Ad virum tuum cursus tuus, vel recurrus tuus.* conqueri poterat ac dolere mulier, ad tantos damnata cruciatus, dolores & calamitates, Domine mi p'ximè: quid hic oppressa malis misera faciam? ad quem pro remedio cōfugiam? respondet Deus: ad virum tuum: hæc enim lex esse debet honestæ mulieris & quæ seruat viro fidelitatem ad quam tenetur: vt eum ostendat quod virum habeat vt talem, ad eum quocumque dolore aut necessitate oppressa præ cæteris accurrat: hic etenim est in quo sui ipsius remedium inueniet efficacissimum. Quam hoc grauiter ferret vir nobilis atque præpotens cui vxor ea sit, quam adoret à qua nunquam suos auerit oculos, si aduerteret, quod deficiente illi vestimento, pallio, vel calceis vel etiam dolore quodam, atque mentis angustia supra modum tristis prius ad inueniendum hunc vel alterum nobilem festina recurreret? quale ferret de hac muliere iudicium? nisi quod hæc ipsi se redderet non parum suspectam, eo quod non tantum marito suo quantum alieno consideret, vel illum nimis æstimet, vel ænorem suum in alterum transfulerit: optimo iure maritus iniquo perferret hoc animo: hoc tibi incomperto, ait D. Paulus quod *Sacramentum hoc magnum est: exterminium hic lateat mysterium, quod declarat Christi cum Ecclesia & singulis fidelium animabus sponsalia quis est animæ tuæ sponsus? nonne Deus? nonne te sibi in baptismo desponsauit? an non integram illi seruare fidem promisisti? nunquid hoc voluit, vt illum hoc nomine compellares? Vocame: vir meus est tu.* Sic aliter dixit. Qualis hic est sponsus? nonne diues? nonne nobilis? nonne bo-

Gen. 3. 5.

Lib. de q.
Hebræic.
in Ge. 2.
sim.

VI.
Similitudo.

norum omnium possessor inclutus? ex altera parte an aliquis te feruentius illo diligit? testantur hoc opera pro te facta: ex illis etenim veris cognoscitur amor. An tibi igitur hoc videtur esse feruendum, dum qualiter affligeris inopi vel calamitate, vt primo recurras ad omnes terræ officinas & per omnes discurras homines? ad hunc, ad illum: deficientibus autem omnibus ad Deum tunc vltimum confugia?

XI. Mystice valis Achor exponitur. Notaue Apostolus multos esse vera fide præditos sed illam intellectu conclusam detinent, nec eam aperire volunt vt ad manus per opera bona proficiat: ad pedes per gressus perfectos: ad linguam per veram confessionem: quos Rom. 1. 18 Apostolus quasi inuidios redarguit: Qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Christiani sunt, fidem habent, sed adeo conclusam, vt operibus manifesta non pateat, nec enim in illis discerpant à Gentilibus: Habentes oculos plenos aduleterij, manus sanguineis inuoluiti: Manus vestra plene sunt sanguine, & pedes eorum ad malum currunt: à capite vsque ad calcem abominationum facti sterquilini. O mortalium infaustissimi clamat Apostolus D. Iacobus, tollite portas, & egressum fidei permitte, foras illa prodeat, illam ex operibus attendamus: Ostende fidem tuam ex operibus, eo modo sunt alij imo illi ipsi qui spe præstant, sed in voluntate conclusa: non enim illi locum tribuunt prodeundi, vt ipsa foras

per opera bona, sancta, meritoria, facta in & per Dei gratiam proficiat: Et expectatio futura beatitudinis ex meritis & gratia proueniens, aut Theologus per hanc portam egreditur, & actus quodam elicit viuos, & quantum ex se est, securos & certos. Quis mihi eorum dicat numerum, qui nec horum habent vestigium: quidquid enim agunt, peccata sunt & in Dominum Deum offensa grauiora? quid speras delicatule cuius omnes actiones, eo collimant, vt voluptati tuæ carnique miseranda satisfacias, quibus te perpetuis addicis ignibus exurendum? quid speras auare scenerator, cui prima cura est, aurum coacervandi, nidos, præteriens, & exanguis despiciens pauperulos? & tu mundi sectator, quid de celo speras, qui à prima cogitatione qua ad ortum solis expergiseris, vsque ad vltimam, qua ad vesperam obdormiscis, non nisi terrena meditaris? quæ tu prophane, tu honorum sitientissime, tu vindictæ flagrantissime, qui profusus ignoras quid sit bonum opus, nec tota vita tua vel vnum integrè perfectum ad Dei honorem effecisti? iam pridem tibi dixit Apostolus quid tibi sit sperandum: si sic fari liceat, nempe id quod te prætolatur, iudicium Dei tremendum, ignis æternus, & terribilis quo flammis exuraris æternis: Voluntarie peccantibus nobis. Etc. noure. Hebr. 10. linquuntur pro peccatis hostia: terribile autem quiddam expectatio iudicij, & ignis æterni, qui consumptura est aduersarios. Portam spei aperi, vt prodire valeat & per opera sancta elucescere: misericordiæ operibus intende, vt hanc sperare possis: succente pauperi, vt de manu Dei ipsè possis sperare subsidium: obsequijs iuda, vt ipsetes præmium: nam per offensas, & peccata, male præmium expectatur.

Hac eadem ratione persuadet Apostolus si. 26. delibus in omni bono opere diligentiam, vtque solliciti sint, & in illis maxime strenui, vt adant spei complementum: terrerit illos exemplo terra, quæ culta, seminata, rigata, non nisi spinis, & tribulos proferens, quid expectare debet nisi ignem, ad quem damnata, comburatur: Cupimus autem vniquemque vestrum eandem ostentare sollicitudinem, ad expletionem spei, vsque in finem: vt non signes efficiamini, ad expletionem sperid est, ad illi portam aperendam, per quam egrediatur, & longè lateque diuagetur. Itaque ostium aperitur & ad gradum ascenditur spei per opera sancta in Dei honorem & eius amore peracta.

Quo deduces, ô Domine, animam: quatenus illas assequatur progrogariasi ad vallem Achor: inter

XIII. Bona opera spei generant. Hebr. 6. 12. XIV. Ad vallem Achor.

XII. Notaue Apostolus multos esse vera fide præditos sed illam intellectu conclusam detinent, nec eam aperire volunt vt ad manus per opera bona proficiat: ad pedes per gressus perfectos: ad linguam per veram confessionem: quos Rom. 1. 18 Apostolus quasi inuidios redarguit: Qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Christiani sunt, fidem habent, sed adeo conclusam, vt operibus manifesta non pateat, nec enim in illis discerpant à Gentilibus: Habentes oculos plenos aduleterij, manus sanguineis inuoluiti: Manus vestra plene sunt sanguine, & pedes eorum ad malum currunt: à capite vsque ad calcem abominationum facti sterquilini. O mortalium infaustissimi clamat Apostolus D. Iacobus, tollite portas, & egressum fidei permitte, foras illa prodeat, illam ex operibus attendamus: Ostende fidem tuam ex operibus, eo modo sunt alij imo illi ipsi qui spe præstant, sed in voluntate conclusa: non enim illi locum tribuunt prodeundi, vt ipsa foras

anima
deducitur
vt merita
lucretur.

inter hispidos durosq; lapides, mortuorum, tribulationum, persecutionum, laborum, celsitatis: hæc enim omnia patientia fortis sustinens, suæ dat fidelitatis amorisq; in Deum testimonium irrefragabile; & pro illo sustinens spes prodit aumelior; *Per patientiam expectamus*, inquit Apostolus, quo deducit D. Laurentium, vt spes prodeat alacris adeo, & excitata, vt Tyranum exhiberet, nisi ad ardentes craticulas? quo Diu. Vincentium, nisi ad lectum, testaces stratum fragmentis? quo D. Ignatium, nisi inter feroces Leonum rugius? quo D. Franciscum, nisi inter dumeta & spineta? quo D. Petrum nisi ad crucem? quo D. Stephanum, nisi ad lapidum torrentem? hic erat, vbi spes viuæ, fortis, & animosa elucebat; hæc nobis Spiritus Sanctus ostendit, sic locutus: *Si coram hominibus tormenta passi sunt: spes illorum immortalitate plena est, quoniam Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se.* Scalem considera: per tribulationes ad patientiam ascenderunt, per patientiam obtinuerunt probationem, per hanc ad immortalis gloriæ spem perueniunt, eo modo suos excipit amicos & quo casu tales sunt, laboribus exercet: sunt enim hi primus gradus, quo ad bona scanditur sempiterna ex præmissis, causa patet: cur Deus amicis sibi charioribus tribulationes mittat grauioribus & eos durioribus examinet sanioribusque molestijs.

Sap. 3. 4.

Isa. 65. 10

Lib. 8. de adorat. in Spir.

Deut. 8. 13 XV.

Duo genera armentorum, duo de notant fidelium.

Hoc ipse declarat mysticis quibusdam verbis apud Isaiam: *Et erunt campoftria in caulis gregum, & vallis Achor in cubile armentorum populo meo qui requisierunt me.* Duplicis generis armenta Deus possidet, sic D. Cyrill. Alexandrin. vnum minus: vt sunt oves, agni, atretes, hædi, & hæc vocantur Greges: alterum maius: vt sunt boues, tauri, equi, asini, cameli & illa vocantur Armenta: sic proprijs illa explicat terminis: *Si habueris armenta bouum & greges ovium. Greges minores sunt viri imperfecti, tepidi, virtutis communis, qui vires roburque non habeat ad eminentiora: Armenta maiora sunt perfectæ virtutis, viri sanctitate præstantiores, animosiores, qui etiam ipsum infernum omnesque vires eius repellunt constantiores. Quo deducit gregem minorem ad præta spatiosa, camposque fecundiores: *Erunt campoftria in caulis gregum: te & me Deus excipit: vita communi: non enim in crucem adigimur: non pro eius fide flagellis cadimur: non nos tortores in craticulis exurunt: non extendunt in gehenna crudeliter: tu videris**

qualem transigas vitam: vt nec tibi laborum occurrat eorum vestigium, quos electi Dei pertulerunt, verumtamen Armenta viros primæ notæ, notæ sanctitatis, robustioris Spiritus, qui toto corde suo Deum inquirunt, suntque eius amici tenetiores, quo deducit illos vbi pacifere in valle Achor, quam diximus vallem lapidum, in craticulis, in ignibus, in ollis oleo picæque feruentibus, in carceribus, inter carenas, inter Cruciatum, tormentaque seueriora: *Et vallis Achor in cubile armentorum populo meo qui requisierunt me.*

§. 10. *Dat Deus spem supra spem, labores mittens supra labores: sunt enim talenta, qua amico suis ad negotium partitur.*

Hoc se solarine gloriosa Paula demulcebat, de qua scribit D. Hieronym. quam primam enim Deo seruire cepit ex amicitia mo, ilico experitur in illam depluere labores & afflictia cruciatum & quo gradu vitæ eius sanctitas excrecebat eodem & illi duriores angebantur. scilicet ait, dum se his quasi submersam doleret, illa D. Hieron. iuxta septuaginta: *Qui ablactatus est à lacte qui abstracti ab ubere: tribulationem super tribulationem expostant spem super spem:* hæc verba crebro replicabat testatur D. Hieron. *In tribulationibus & angustijs hæc replicabat eloquia & hoc scriptura testimonium, in consolationem suam distabat, qui viri estis, au Dominus, qui iam puerorum lactet: utinam istis, hoc est, qui virili virtute polletis, Tribulationem super tribulationem expostant: porro similiter habere spem super spem. Cæleste documentum.*

Ille qui verè Dei est amicus à carnis delictijs ablactatus expectet, Tribulationem super tribulationem: vna namque emissa mietet & aliam Deus grauiorem, & post hanc aliam ierum grauiorem, Siccine ergo suos Deus exerceret familiariter? exceret vtiq; & siquidem ad mensuram qua cruciatibus exerceret, vult vt bonorum spes Cælestium angeatur, quod si laborem sustinens sperat gloriam, alium sustinens grauiorem, gloriam speret eminentiorem, & quo fuerant angustia molestiores, eo sit & spes securo. Ex Nilior Ni fallor historiam tangit Egypti, vbi steruitur dardilitas & abundantia procedit, ex fluminis nili in fertilitate inundatione: idcirco namque in illo somnio ras oritur Pharaon vidit boues debiles & emarcidos adri in Egyptam Nil fluminis: quo signatur quod illa sterilitas

22 *litas in bonum illorum designata macie qui ad*
 23 *Nili ripam pascerebatur, ex illo promanaret lo-*
 24 *co in qua pascerebantur. In Agypto raro parum-*
 25 *que pluit: omnis eius fertilitas ex irrigatione*
 26 *pendet, quam à Nilo fluuio consequi ut si hic*
 27 *illi sit propitius tota regio fecundissima reddi-*
 28 *tur: si autem, sterilis arida & marida fit ita ut*
 29 *quamuis aqua eius turbida regionem non ri-*
 30 *gens, ut abij fluij terras quas percutiunt, nihilo-*
 31 *minus tota illa tellus stercoatur, quando suo*
 32 *affluxu illam inundat & in quantum turbida*
 33 *sunt, eam fertilem reddunt hoc stercore, quod*
 34 *secum deferunt: ex quo in Agypto lerilissima &*
 35 *copiosissima messis exoritur. Porro si Nili flu-*
 36 *uuis affluxus non exuberet, nec prara demergat*
 37 *Agypti, cum plouia tempore siccitatis, terram*
 38 *non inundent, manet illa infocunda, & hinc ne-*
 39 *cessitas prouenit totaque Agyptus fame lan-*
 40 *guescit.*
 41 *Notat autem Plinius, Agyptus in Aualium ca-*
 42 *bis samem sicuti, in tredecim etiam non esurit,*
 43 *quatuor decim cubiti hilaritatem adferunt: quin-*
 44 *decim securitatem, sedecim delicias. Itaque ex gra-*
 45 *datione cubitozum aquæ, qua terram operit,*
 46 *gradatio sumitur bonæ vel malæ sortis, quo ad*
 47 *messis abundantiam, igitur de alteo egressus*
 48 *fluuius per totam illam regionem magnas ef-*
 49 *ficit aquarum lacunas, & in illis paribus, ubi*
 50 *aquæ illæ consistunt, copiosior oritur fertilitas,*
 51 *quando verò minime, tota illa regio exarefcit*
 52 *omni tritico sterilis, totaque Agyptus inopiã*
 53 *panis opprimitur, sic quoque perpendit Caieta-*
 54 *nus quod bones illi pingues, quos vidit Pharao,*
 55 *vireta carpettes: Pascabantur in locis palustribus,*
 56 *& quod tota illa regio car pique aquis essent*
 57 *inundati, vacca verò languida, Pascabantur in*
 58 *ipfa annis ripa, in locis virentibus, reliqua terra*
 59 *regio fertis crassaque reddebatur, quam ei fer-*
 60 *tilitatem aquarum copiosa tribuebat vbertas,*
 61 *incrementum aquarum super incrementum*
 62 *spem augebat messis futuræ certiorum. Omnes*
 63 *norunt tribulationes in Sacris literis per aquas*
 64 *indicari, si tuus verò Dei cinique amicus, qui di-*
 65 *uitem fructus gloriæ messem exoptat, si viderit*
 66 *incrementum earum super incrementum, tanto*
 67 *certiori futuri prouentus maioris gloriæ spe au-*
 68 *mat.*
 69 *Hoc Deus amicis suis præstat electionibus;*
 70 *Amicis Tribulationem super tribulationem. Studiosè per-*
 71 *suis Deus pendet, quid Tobia vno meritis insigni contige-*
 72 *rit, hic etenim sincerè Dei intendens obli-*
 73 *gationes suæ, quam vitam orationibus, eleemojynis, operibus*
 74 *per tribu-*
 75 *pietatis: nonisatim autem mortuorum conse-*

erat sepultura: qua de causa à rege Salmanassar latrones
 inbetur interfici: quocirca propinqui & amici mitis
 illi conantur persuadere, ut hæc opera pietatis
 posthac intermitat: *Arguebant eum omnes pro-*
 2 *ximi eius dicentes: tam huius rei causa interficia Probatum*
 3 *inussus es, & vix effugisti mortis imperium & sic in Tobia.*
 4 *riu sepelis mortuos: nihilominus vir Deo conse-*
 5 *ciatus hæc omnia stocci facit, nec à suis idcirco*
 6 *desistit pietatis exercitijs, mille persecutiones*
 7 *sustinens alacrior, quid post hæc illi sperandum?*
 8 *quis dixerit quietem, non sic, non sic; sed*
 9 *tribulationem excipiat tribulatio, à si pultura*
 10 *defuncti oppido fatigatur domum secedit ut à*
 11 *labore vel parum recusetur, somni capiat quietem,*
 12 *obdormit; & ecce de nido hirundinum*
 13 *calida oculis eius incidunt stercorea, quibus ob-*
 14 *exceatur, hoc perpende, monet Lyranus, &*
 15 *Neotericus probat Philosophus sterco hitum- *Valles de**
 16 *diuum causam excecandi oculos non esse suffi- *Sacra Phi-**
 17 *cientem. Primo: quia hoc nedum non est oculis *lophia.**
 18 *incommodum, sed potius ut commodum purifi-*
 19 *cat, tollitque lippitudinem. Secundo: quando-*
 20 *quidem dormiret, oculos habebat clausos. Ita-*
 21 *que diuinum fuit hoc opus singulare, ut illius*
 22 *stercoris illapsu excecetur: quid hoc Cælo-*
 23 *rum Domine? labore super laborem tibi sic*
 24 *feruientes examinas? quod Sodomitæ excec-*
 25 *taueris immundos, congruum erat ne impudici-*
 26 *tijis suis vacarent enormius, quod eos excecitate*
 27 *percussisset qui Euseium inquirebant capiendum,*
 28 *omnes approbant, quatenus per hoc seruum*
 29 *tuum fautor ab hoste protegeres, ceterum*
 30 *quod illum obocari permittas, qui tui nominis*
 31 *ergo persecutionem sustinet, tuique causa non*
 32 *modicè saugatur? numquid hic substitit? non*
 33 *substitit omnino, sed maiorem maxima sequitur*
 34 *tribulatio: etenim illum parentes, & cognati*
 35 *quid dicant? & ipsa cepit in hunc modum vxor*
 36 *perulantis asperrari ludumque facere verbis*
 37 *in hunc modum amarioribus. O serue Dei, (a) (a) *Santis-**
 38 *modo patet quam inanes tuæ fuerint oratio- *retio.**
 39 *net Deo gratia tuæ pietatis exercitia: quando-*
 40 *quidem hac tristi te excecitate percussisset: quid*
 41 *hæc ten qualiter Deus intimiores suos examinet*
 42 *Sanclos quos: Tribulationibus super tribulationem*
 43 *exercet acerbius: Tribulationem super tribu-*
 44 *tionem expectate.*
 45 *Prosequitur hoc argumentum. D. Chryosto. Ep. 1. ad*
 46 *mirabile considerans euentus castissimi Patriar- *Olympia-**
 47 *che Ioseph quem opprimebant tribulationes dem qua*
 48 *supra tribulationes, sic continuæ, ut quando v. incipit*
 49 *nus sperabat leuamen altera maiori grauaretur. *Corpora.**
 50 *Post malam voluntatè, qua fratres eius innocen-*
 51 *tem*

VI.
Confir-
matur
in Ioseph.

tem opprimebant, & lingua mordebant venenata, aliud successit iniquius, dum eius necem machinantur & in cisternam detrudunt occidendū: huic succedit quod eum distrahant pro viginti argenteis in mancipium, nec hæc satis: insuper & a Domina sua vt adulteri; primò reus infimulatur: quid vltra: carceri mancipatur, vinculisque constringitur: hoc sperare debent, hoc viri expectare perfectiores: *Tribulationem super tribulationem expectate.*

VII.
Asseritur
in Iob.
a Lib. de
bono pa-
tient.
b Tract. 6.
in 1. Cano.
Ioan.
Iob 2. | 9.

Ex hac doctrina declarare consuevi illa verba, quæ tantopere ponderant SS. Patres quibus virum suum Iob mulier effraus aggreditur: cuius ore sic (notant D. Cyprian. & D. August. b.) loquebatur diabolus. Imber tribulationum intruit in fidelem illum Dei amicum, idque cateuatum: iacturam patitur honorum, domus, filiorum, filiarum, sanitatis: vt vix pelvis illi, ossibus hæret, steret, que dolenda plagarum vermiumque congeries, hæc tempestate mulier accurrit prociacique virum verbo lancinat: *Adhuc tu permanses in simplicitate tua: benedic Deo & moneat.*

VIII.
Vxor
eius ver-
ba perpē-
duntur.

quid intendit? multas hæc verba patiuntur interpretationes, credo autem hanc elegantem esse, si dixeris mulierem hanc formam sequi, quæ Deus amicos suos appendit chariores, sibi que sincerè famulantes: nempe quod oblata sibi laboribus rependat obsequia, qui tantò sunt eruditiores, quanto sunt obsequia frequentiora. Emphaticum habent non minimam hæc verba: *Adhuc tu permanses:* tu qui tanto malo tuo expertus es qualiter tibi Deus responderit: quo namque passu illi tua dedicabas obsequia: eo reciprocè flagris te cecidit: atrocioribus: illi sedulo ministrasti, pietatis, religionis & commiserationis operibus offerens illi sacrificia, pressis inopia subueniendo: tuos refræ nando oculos, tuam mortificando carnes, tuas illi in pauperibus largiendo facultates: ille verò tibi respondet auferens boues, camelos, asinas, armenta maiora: hæc enim omnia tibi Sabæi prædones eripuerunt, modestè hæc perculisti, & eius sancto nomini benedixisti: quid ille dignum de celo misit, pastores tuos ouesque consumpsit. Prostratus in terram, gratias egisti maximas, an ideo gratior en altero te visitat flagello, domum tuam funditus diruit, eiusque ruina filios tuos filiaque, priusquam occidat, sepelit charissimas, illi seruisisti, otus iudicia veneratus es, eum glorificasti: sed nec ideo mitior: pugionem enim exertit, demittit tibi sanitatem, leprâ percussit adeo horrendâ & abominabili, vt non sit qui tibi comes adhareat, sed easque solus hoc in sterquilino

prostratus, adeo omnium inops, vt tibi non nisi vice vmbra super sit leuissima. Quo pede Deo benedixisti, Deoque famulatus es: eo ipse truculentior perdidit te, euerit te, consumpsit te: vt iam nihil præter ipsum viuere te solari possit. *Benedic Deo & moneat:* iterum Deum glorifica, & tecum actum e rit, tibi namque vitam auferet indubiè.

Itaque Deum mulier hæc vt carnissem obijcit immitem, qui viro laqueum ad fauces Deum astrinxerit adeo crudelem: vt dum illa sua delat illi pietatis opera: ad eorum singula laqueos guttur illi fortius constringeret, quo pede Deum honorasti eo fauces tibi compressit arctius, iam nihil vltra reliquum est, quam vt vicinatè laqueum coarctet: cum sola tibi superstit iam vita doloribus tot plena miserijs: his iam finem imposito & altera vt præteritis illum benedictione glorificato, & huic quoque finem imponet immisericors. Qui fieri potest vt in tali sesuitio Domini constans perseueres & inuictus, qui pari passu, quo illi deseruis, te consumit? *Adhuc tu permanses &c.* Hæc illa viro optimè vir piissimus hæc intellexit: vnde prudentius hæc vxori respondet. *Quasi vna de stultis mulieribus locuta es, si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non suscipiamus?* Velut rationis inops iudicas ex sola exteriori rerum apparentia: *Si bona suscepimus de manu Domini:* Cur non etiam mala, quibus nos ad vera disposuit bona, quorum illa tessera sunt: quantum enim mala crescunt, tantum crescit & spes: *Tribulationem super tribulationem. Spem super spem.* Si malo vno patienter tolerato spes nascitur præmij; altero maiori tolerato, & alterius maioris spes nascitur præmij; itaque quantum tribulationes augentur, tantum & spes: si quoque Deus tribulationem per mittat super tribulationem; hoc agit, vt spem super spem tribuat securio rem.

Nunc intelliges ex D. Augustino illud Davidi. *In tribulatione dilatasti mihi:* metaphoram de temp. sumit ex auri, argenti, vel plumbi lamina, quam repetito verberè monetarius percussit: verum adnummum verberum amplius & amplius dilatur & extenditur, tale dixeris esse cor iusti: verberibus enim tribulationum spes eius amplius dilatur: tan non recordaris (querit D. Chrylost.) illud Apostol. *Vnusquisque accipiet secundum suum laborem:* mensura præmij ea esse debet, quæ est laborum pro Dei amore toletorum; hoc concessio, iuxta illud, quod quis de tribulationibus patitur, erit & illud, quod illi de præmio Deus largietur. Ex his discet, hominum miserrime, quam

IX.
conatur
ostendit
inhuma-
num.

Serm. 222.
de temp.
1.
X.
Quid sit
spem di-
latari.
1. Cor. 3.

quàm parum tibi susperandum, quandoquidem tam exiguas pro Deo passus aduersitates. Hinc causam licet agnoscere (inquit ille) cur sancti labores requirerint, illisque se oblectauerint: sciunt etenim quod: *Quanto magis ingrauescunt calamitates, tanto magis exuberant torone: Et quanto magis inflammatur aurum, tanto et purius redditur.* Quanto magis aurifer malleo, scalprio, & caelo vas examinat, tanto desinat illi locum in abaco eminentiore, ex quibus asse o orni Sanctiorum in calamitatibus mentis alacritatem, quas ut Dei dona suspiciunt: ille etenim se à Deo magis censet honorari crediditque maiora se recipere ditius pignora amicitiae, quo se grauioribus aduersitatibus, morbis molestioribus, paupertate nudiori, & acerbioribus pressum cernit occasibus.

D. Cyr. Ep. 1. ad Olymp. Tom. 5.

D. Avgv. Tract. 27. in Ioan. Tom. 9. XI. Quæ ratione D. Syxtus D. Laurentium sit consolatus.

Egrege perpendit D. August. id quod D. Syxtus Pontifex Maximus dixit D. Laurentio magister discipulo: vidit hic S. Pontificem à fatellitibus ad mortis rapti sententiam: illum interrogatur, altisque imo de pectore trahens gemitus, offusus lacrymis, acclamat: Pater miheu Pater mi quo tendis? sicine me filium deleis? in quo (pater) te Patrem offendi? ut me ad mortem tecum non adducas, quo siam eiusdem mortis confors? quis credat, quod me tuorum non facias cruciatum participem, quem in honorificis tuis ministrum creasti? fili mi, respondet ille, noli flere: *Noli flere fili mi: an maior esto: post triduum me sequeris, grauioribus & acerbioribus tormentis examinatus, mihi ut verulo Dom. nus adeo terribiles non misit calamitates; tibi verò ut Iuniori & robustiori, terrena seruantur immaniora.* Audit hæc D. Augustin. & ait, quæ est ista consolatio qua pater sancte, matrem demulces filium? non illi ait: sterge lacrymas: fili mi, animos sume: cito tempestas hæc euanesceat, & pace gaudebis optata. Sed enge age, si me grauias cernas nunc patientem, te ad triduum multo expectant grauiora, quis sic vnquam tristem delinuit? quod si (ait ille,) patrem ad mortem ductum filius plorans & ingemiscens insequeretur: Pater autem conuersus sic eum affatetur, animosè fili mi modò solus patibuli tuam supplicium, verum post triduum te comprehendent, membratumque diuident: quænam foret, obsecro, ista consolatio? audi D. Augustin. *Qua consolatio est? si de sterco amicum quem inuicis ducerem ad occidendum, & ille ad te conuersus diceret, consolare: nam post triduum istimet, te crudaliori morte conficient, qua consolationis ratio esset ista? nouerat Hieron. Bap. de Lanna. Tom. III.*

Sanctissimus Pontifex. Sancti Laurentium hæc in doctrina esse versatissimum, quodque intelligeret crudiores aduersitates amoris diuini erga amicos suos, pignora esse tutiora, fili mi; multo animo Maiora tibi debentur pro fide Christi certamina.

Ex Præfatis processit, ut auguror, illa conuatio D. Hieronymi scripta missaque D. Damaso Pontifici maximo. Morabatur ille in deserto Syria, & ternas offendit factiones circa dubium illud, quibus terminis loquendum esset in mysterio Sanctissimæ Trinitatis, Paulini, Vitalis, & Meletij: cum autem intelligeret, certam huius dubij resolutionem emanare debere à Christi vicario Pontifice scilicet, Maximo: litteras dedit D. Damaso, instanter deprecatus, ut determinare dignaretur, cui parti adhereret, & enim quo communicaret: ut prudenter hoc in negotio procederet, non responderet illi Pontifex: alteram exarat epistolam quæ est hæc ad Damasum mille refertam oblectationibus: *Obsecro beatitudinem tuam per Crucem Christi, per passionem Domini, per necessarium fieri nostra decusata in solio eum dudum iudicatus sedens. Ita te alius senem cum Petro cingat: O Doctor sapientissime, sicine supremam hæc ad vltimum referas consolationem? sic te milites Crucifigant. Si ego à te quidquam peterem multoque iustitiam motis pro amore Dei, per eius passionem, sic tibi faciat Deus, sic votis tuis annuat: & te cernens reuenter, hoc vltimum adijcerem: sic te in medio sori patibulo suspendant: quid diceret? hic videbis, quod id quod tu summam vltimas calamitatis, hoc sancti sortem æstinant felicissimam pro Deo pati, nec mirum quod sic D. Hieronymus iudicauerit, cum & eiusdem iuerit sententiæ Apostolus Doctor gentium, qui crucis tormentum, flagella, & persecutiones pro Christo donis bonique præferbat optabilibus: siquidem ex verbis eius eleganter confirmat D. Chrysostomus nempe quod ex donis à Deo recepit, eidem propter hæc, obligamur: verum: amem ex aduersitatibus, quas eius amore sustinemus, ipse nobis tenetur: eo modo quo in Deum cadere potest obligatio.*

XII. Crucem optat D. Hieron. D. Damaso. D. Hier. Ep. 47. ad Damas. Tom. 2.

XIII. Similitudo.

Hom. 3. de Lau. B. Pauli & Serm. de Ignatio.

Philip. 29.

XIV. Donum Dei est pro Christi quali sto pati.

quasi dicat tantum est donum tamque excellens gratia ut eum humana non possit opera demereri: sed gratia necessaria est Saluatoris: per hanc vobis Deus concessit fidem, o donum maximū!

Fides donum Dei est, non ex operibus. Tale ergo est beneficium, à Deo vobis labores concedi & tribulationes, quas eius gratia perferatis: *N. n. solum ut in eum credamus: sed & ut pro ipso patiamini.*

XV. Hoc S. P. N. Dominicus, ut ab hæreticis tormentis posset occidi in humanis, nec valuit obtinere: *Sitabat servus Christi, ma. syrium sicut ceruus ad aqua fluvium: quid Seraphinum illū terrestrem ad terras transiit Soldani, nisi illud obtinere desiderium: sed votis eius non annuit Deus. quanto honore D. Anton. Paduanus scilicet moribus satis superque dissolutum afflicebat, ita ut vbiunque illi occurreret se pedibus eius prostereret: cur hoc o Antonia audi stidentem respondentem: cunctis diebus vitæ meæ hoc vnicum à Domino efflagitavi, mihi hoc ipse concederet, ut pro amore suo, à satellitibus tormentis occiderem intolerandis, nec mihi hoc concessit, sed retulavit huic donum hoc asseruari.*

Frates mei quid cogitatis (ait D. Cyprian.) hoc omne obtinere donum? non obtinent sed illis tantum quos dignatur hoc honore Dominus, & quibus reserari date vult amoris sui, singulariter: *Ex Domini dignatione procedit.*

XVI.

Quæ sunt ista parabolam expendamus de talentis à Christo propositam, at: omnes suos cōvocavit seruos: insigniora eisque talenta partitur, huic plura, illi pauciora, quibus possimus luctari.

Domine mi (sic D. Chrysostr.) quosdam audio, & quidem multos querulosos, quod illis nullū ad negotium talentū distribueris: non enim illis ad eleemosynas bona concessisti, nec ad ieiunium sanitatem, nec ad pauperum subsidium locū digniorem: homines qui seiplos circumquaque contemplati, omnium rerum se cognoscunt inopes, dicito mihi charissime, si diuitiæ tibi non sint, an paupertas non estis deficit salus, an deficit infirmitas? si nihil tibi sit ad quietem, an nihil est ad dolorem? utique: noueris igitur, hæc esse talenta præcipua, quæ Deus suis partitur integeris: An credis mille millia reddituum talenta esse pretiosiora? minime gentium: illa etenim peccatoribus pariter & infidelibus effundit. An cogitas salutem esse confirmatam? nec hanc: etenim illam mundi tribuit affectæ & vanitatum sectatoris: quænam igitur sunt talen-

ta, quæ charissimis sibi distribuit cæteris digniora: sunt ea, ex quibus lucrum refertur copiosius, & quænam illa? illa perpende quæ amicis suis tribuit dignioribus: Apostolos attende: nunquam illis centus annuos, dignitates terrenas, longæ uam tribuere prospiciamque valeat diuini. Con-Sanctiorū sidera martyres, qualiter illos exceperit: *Ludi sunt tribula- & verbera exporti, insuper vincula & tribulatio- ceteris lapidati sunt scilicet sunt, remati sunt, in occi- nes, sione gladij mortui sunt, circumierunt in melo- in iteb. 11. 39* pellibus caprinis, angustiati, afflicti, in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cauernis terre. Apostolos mittit in mundum, iubeique ut negotientur, quænam illis talenta distribuit? persecutiones, catceres, cruce, flagella &c. *Pl. 12. 16. 2* rabitis & stebitis vos & venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur, obsequium se prestare Deo. Hæc sunt talenta præclariora quibus Dei amici negotiantur.

Ex præfatis legitimum sensum verborum intelliges: quibus Iob ijs respondit quibus ab vxo. *XVIII. re, ut paulo superius diximus, iritabatur: Si bona susceperimus de manu Domini, mala quare non suscipimus? O sapientissime pieque Rex, videtur Iob: Si hoc seipsum subeunte responsum: suscipiuntur bona & bona quia bona sunt, & non suscipiuntur mala, quia mala sunt. Si tibi quis diceret: si vis ut tibi centum dem ducatos: respondebis utique: Si quis tibi diceret numquid centum vis palos: respondebis, nequaquam, si à te requireret tur sicut de manu mea centum recipis ducatos, sic centum non recipis verbera: optime responderes: sunt illi priores boni: verbera verò mala nec tutum est recipere mala de manu illa, ex qua bona recipiuntur, verum tamen cælestem huius vii sapientissimi perpende philosophiam: nouerat tribulationes & iacturas, quas multæ malas dicebat, malas non esse, sed valde bonas, & diuini amoris certissima pignora, quasi diceret si de manu Dei suscipiamus ea quæ dicuntur bona: ut sunt honores, facultates, salus, filij: potiori iure suscipere debemus ea, quæ tu mundulque appellat mala: ut sunt, paupertas, infirmitas, lepra, calamitates: si namque mundus hæc mala indigitat in Dei tamen vocabulario maxima sunt hæc bona, & pretiosa talenta, quæ suis in hac vita distribuit.*

Perpende cum D. Chrysostramo id quod ait: *De manu Domini* hæc etenim sunt sanctis adeo in mor. proficua, tamque pretiosa ut dum manus Tyrannorum deficiunt & hostium, qui nos perse- quuntur & durioribus afficiunt cæcitatibus, ille quisque hoc suis adimpleat manibus, ijsque nos aliquando Domini.

do in tantas agit angustias quantas vel possent crudelissimi Neronis: Et ipse martyres facit: quod enim ipse suos cruciatibus, doloribus afflictionibus & infirmitatibus examinet, idem est ac si præciora eis talenta pariter quibus lectum possent tale consequi quale vel pauci. Hoc supposito, considera quantum in diuinis rebus abimus, & quam parum æstimate eas nouimus, quas nobis Deus immitit, tribulationes: illas etenim vt infortuna reputamus, nosq; ipsos ea de causa esse credimus infelices: in illis vt tales ingemiscimus, quantoque nos affligunt acerbius, tantò nos peruidemus esse miseros. O quam parum nosti quantoque abes inualo, vt sanctus esse merearis. Qui tales sunt, aduersitates magis pendunt, & querunt vel felicitatis & sempiternæ gloriæ talia pignora, quæ non possent certiora, unde dum se ab illis liberos cernunt, contristantur: lætantur autem dum se illis cernunt afflictos, tantoque magis,

XX. quanto se vident asperioribus exerceri calamitatibus: non tunc vt maxime sibi inuicem conuenio in gratulatur, sicut D. Paulus Philippis sibi in tribulationibus gratulatur, sicut D. Paulus Philippis sibi in tribulationibus gratulatur.

fusses hic, Lazarus non fuisset mortuus, & quod mortuum posset similiter ad vitam reuocare: sic Martha confitetur: Et nunc scio, quia quicumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus: magna fides quæ credidit Dñm mortem probare potuisse, nec dubitat posse mortuum resuscitare. Concedamus hoc, sed qua ratione ò Matronæ prædentissima, non hoc exposcitis, vt iam infirmum sanet, & mortuum vt resuscitet, totam reuolue historiam, ait D. Bern. nec simile quid inuenies eas postulasse, sed tantum, quando iam æger decumbit, illum proponunt infirmum Saluatori: Ecce, quem amas, infirmatur. Et cum iam obisset tantum representant defunctum: Dñe veni & vide. O sancta mulieres Christi, familiaris, si fratrem vestrum amatis, in eius misericordiam non stasitatis de eius potestate, & pietate diffidere non potestis? Respondet nobis D. Bern. hoc ipso, quod videntur non orare, nihilque petere orant perfectissime, quinimo nobis formam prælegunt orationis: Sic melius tanquam non orantes orant: sic efficacius, tanquam diffidentes, confidunt. Et repleta nobis loquuntur: quamuis enim credant Dominum huius omnia posse, qui sanare posset infirmum & resuscitare mortuum, dubitant tamen vtrum hoc illis expediat, vel hoc munere dignæ sint, sic vt tantum præsumat Dominum poscere absolute: Scimus quidem quod omnia potest, sed hoc tam grande miraculum, iam nouum, tam inauditum, etsi eius subest potentia: multum excedit vniversa merita humilitatis, nostra. Epistolam scripsit D. August. quæ est: it. vt pia faceret, postulationi nobilissima Domini ac viduæ vocabulo Proba, quæ magna precum instantiâ eum fatigauerat, quatenus aliquas illi certas orandi regulas præberet: & hoc, ò Matronæ, vestrum deberet esse studium, vt heri dicebamus, hanc igitur materiam doctor ille aggreditur, statim principium quod Apostolus Paulus ad bonam orationis formam præstituit, expendens: Quid oremus, sicut oportet, nescimus: huic in hærens quaestioni obiit D. Augustinus responde mihi: mabo: qua veritate dicis, nos ignorare quæ petere debeamus: an ignoras, quosdam Apostolos, vt in eo. non aberrat, caelestem adijisse magistrum supplicantes, Domine doce nos orare. Petitis annui Dominus, vos autem sic orabitis, Pater noster, qui es in caelis &c. Orationem hanc ex septemplici composuit petitione, adeo prudentem, vt nunquam eius mysteria penetrare valeamus; Numquid à D. August. postulat Dominicam ignorabat orationem qua do. Tom. 1. cecur quæ petenda sunt? Sciebat omnino, quomodo igitur ait: Quid oremus sicut oportet, nescimus, sed

Lazarus expenditur. D. Bern. Li. de humilitatis gradibus ca. vii.

Rom. 3. 26

D. August. Epist. 121. Tom. 1.

§. II. Domine, ecce quem amas. Congruè orant hæ Domine, suam tantum exponendo necessitatem: sic & sancta sîma Maria Virgo.

I. Oratio fororum I. Iustus Bernar. familiari sibi verborum dulcedine hæc verba perpendit, quæ, vt ipse censet, orationem continet perfectissimam: ad cuius hic declarationem supponit, fidè hatum fororum fuisse eminentissimam. Crediderunt enim, quod si vellet efficere posset, vt Lazarus non moreretur, cum dixerit: Domine si

sed ipse spiritus adiuvat, infirmitatem nostram, cuius gratia nobis est summopere necessaria.

II. Duo sunt esse genera eorum quae possis debetque postulare: unum est, eorum quae absolute bona sunt, petendum.

Hoc nosse te velim ait Dn. Augustinus: duo sunt esse genera eorum quae possis debetque postulare: unum est, eorum quae absolute bona sunt, petendum: quaeque necessaria salutis: qualia sunt fides, spes, charitas, patientia: humilitas, penitentia, gratia, in bono perseverantia, divina subsidia &c. Alterum est eorum, quae ignoras an tibi contineantur: num salutis tuae sint incommoda, qualia sunt valetudo prospera divitiarum, proles, dignitates ab infinitis liberatio, felix de laboribus evasio, non de illis loquitur Apostolus, illa etenim non ignoramus nobis a Deo semper, & quidem instanter esse postulanda: Domine fidem in me vivifica, spem corroborata, charitatem accende tuam mihi concede gratiam, tuam me manu defende, ne in peccata corruam: sed de alijs loquitur quae sepius contingunt, cum illa desideras, quae exopes, in tuam veigere damnationem, illaque a quibus magis abhorretur: quam maxime ferre salutem. O quam molesta illa D. Paulo, quam patiebatur adversitas: non odio fuerit dolor capitis acutissimus: modo cruciatus corporis molestissimus: aliusque languor: modo fuerint incompositi carnis ipsius appetitus, ad Deum confugit, non semel sed ter, Domine miserere mei: Ter Dominus rogavit ut desisteret a me, & post tantam precum instantiam quid illi Deus? Paule, tibi hoc minime convenit, quod postulas, imo potius ex tuo bono est labor hic, & infirmitas, seu peccatum: meam a me poscito gratiam, haec tibi refert plurimum: Dixit mihi: sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Si aurum aurifabro diceret: de hac me fornace extrahere; qua comburo, illum apage malleum & caelum quo me fatigas; responderet aurifaber: o aurum hoc tibi, si quid aliud, apprimere convenit; hoc etenim te exposito ut ad scribium regale attollaris eminentissimum.

1. Cor. 12. 7.

III. Et ipse D. Paulus nesciebat quid sibi conveniret.

IV. Tertena saepe offi- cium.

Nihil hoc mireris ait Dn. Augustinus, Apostolum tibi mihi que dicere nos esse verum omnium ignaros, nec scire, quae petenda sunt, si ipse omnium sapientissimus, qui caelestes frequentavit classes haec in seipso sic expertus ignorantiam: cui & Deus declaravit, ea quae petebat, sibi non expedire; quatenus in hoc quoque addidit: scias id quod saepe ardentius desideras, ad tuum malum dambum vergere, tuoque obflare emolumentum: quid scis, an ista tribulatio tua sic salutis medium? Similiter an ista spem petas, ista calamitas, qua Deus te humilitatem depi-

mit, tibi non sit profutura, sine qua insuperbiam cum Lucifero allurges puniendam; heu quantos divitiarum earumque cupiditas ad tarrata demeritum! heu quantos honores onera fuerunt & praecipitia. Saul ainarum prius Agag, sanctus erat, Deoque sequebatur, sed ad regnum elatus, superbiit, Deo factus refractarius, quam ob culpam perire in aeternum; noctes dieque David impendebat lacrimis, non tolerandis afflictus adversitatis: a facie filij profugus, propria expulsus domo; aula regnoque extorris, continuas Deo proponebat preces, ut tantis malis eriperet incolumem; precibus eius obduvit Deus: an in eius damnum minime, sed in maximam utilitatem, quam postmodum agnosceus Deo decanta: *at Bonum mihi quia humiliasti me.*

Cui utilis est tibi aliquando salus, nisi ut factus audacior, velut ebraeus equus, tuis laxestana voluptatibus, viduam inquietans, inuicta sollicitans, perturbans coniugium? est cultus in manu pueri, qui sibi illum lacrymis dari postulat, quo seipsum incute laudat: iam alio die diximus illud exponendo: *Tenebatur*: quod Euang. Lucas de loero narrat Petri: *Quanti eversis sunt per dimittis* (ait D. August.) *vide seu verum profu-* *tura sine demeritum: multi pauperes cuius late-* *bant, qui divites facti, mox ut lucere cepervit, pra-* *da fortioribus fuerunt. Optime dixit Apostolus de in primis* *illis locutus bonis ac malis, te omnino ignorare,* *bonis sine tibi petenda: qui a velis an ista bona* *tuas sine futura saluta noni noxia, vel ista mala* *salutaria, quid igitur agam? dicam tibi, inquit, al-* *te, hoc a ge, quod infirmus cum medico: qui ne-* *feris quid tibi profuerit sic vel obtutorum* *medico tuam aperit infirmitatem, non tamen il-* *le disponit, quid sine in praescribendum infirmi-* *rat, sed te totum illi committit, qui novit quid* *quid in hac agitudine sit praescribendum: Ego* *estis nolite medico dicere quae medicamenta velis* *vobis imponere, si enim odor Gentium dicitur equid* *oremus neque mus quanto magis nos.*

Ex his hanc elicit Doctor propositionem toties repetitam: *Multa concedi Deo tratu qua ne-* *gat propitius. Ita tibi constabit in illis, qui carnes* *petierunt, quibus illas concessit, caligans il-* *los, sic velles velentes morentur: Exaudiam. Num. 11.* *cur multi ad multa (sic ille) qui sibi plautum, quod in illud* *excitantur: *excitantur* demones ut in portos Ps. 42. E-* *mitterentur. Hoc supposito modus tibi tenendus mitte lu-* *in orando (scribit Dn. Augustinus) ratione illi com ma-* *Proba) hic esse debet, ut tuam Deo manife-* *stes necessitatem: tuncque debitorum duntaxat* *eius*

32

D. Avov. Epist. 12. 1. 14. To. 1. Num. 11. Ps. 42. E-

V. eius permittens misericordie dispositioni num tibi concedendum sit, quod petis vel negandum, quodque illud ab ipsa determinatum futurum sit hoc, quod tibi maxime conveniet, hanc nos christiani decet qui illam tantopere novoluntati, rat, Propheta Regius

Compositus sanctissimus hic Rex Psalmum 61. in quo nos instruit quid suis ipse in necessitatibus precari que faceret, quidque nobis agendum incumbat: inchoat igitur hortatus animam suam, quid illi sit agendum: nempe, ut seipsum divina resignet voluntati, & ex iniepro subiciat dispositioni, a qua oportet ut veniat salus & nostris tribulationibus efficacem remedium, proinde illi ex animo confidat: *Veruntamen Deo subiecta esto anima mea, quia ipse Deus meus, & salvator meus, adiutor meus non emigrabo, in Deo salvare meum, & gloria mea. Deus auxilij mei, spes mea in Deo est, quam apta huic proposito hæc sunt epitheta: est Deus meus, Salvator meus, adiutor meus, salutare meum, gloria mea. Deus auxilij mei, non est quod oculos meos ad alios desideram Deos, non est quod alios inquiram, ipso derelicto adiutores hoc est. Non emigrabo, ad osium eius accedam mendicus, nec ab eo, ut pauper discedam, qui accedens clamantque ad unum nisi sibi pro voto respondeatur, et aliud magrat inconstolatus: non ego hoc egero: Non emigrabo: etenim spes mea in Deo solo est, ab ipso salutem, vitam, consolationem, quietem & sanctum meis in negotiis eventum expectabo: Spes mea in Deo est. Hæc de se ipso locutus ad vos omnes conuersus, ait: hoc quod ego ago, & vos agite: *Sperate in eo omnis congregatio populi: effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum.* Quotquot estis: *Omni congregatio populi, in eum spem vestram conicite, ad eum omnes concurrite: pauperes, infirmi, desolati, afflicti, Effundite coram illo corda vestra.* Est autem cor fons desideriorum, & ipsum est quod defectus labores & maxime sentit infirmitates ipsum est, quod huic & illi querit malo remedium: quasi dica: pedibus eius diuinis vestra adicite desideria, vestras subdite voluntates.*

Lib. 16. de adoratione in spiritu. VI. Allegoria. Leui. 3. 5. Ut auguro, mysterium spectat hic à D. Cyrillo Alexandrino perperum quo Deus precatur, ut in sacrificio quod dicebatur salute, vel laudis. Sacrificium laudis amicis proprio, offerendo illi bonum mundum & sine macula, Retinendo illi iocoris eximerent, & imponerent filij Aaron sacerdotes super altare in holocaustum super ligna sacrificio lau- &c. Aduerse cum eodem Sancto, quod plures docent philosophi, sicut iecur fons & origo est

sanguinis, sic est appetitum & desiderium: hæc itaque desideria coram Deo si ut exponenda etiamque diuinis subicienda pedibus, persistentibus vobis præter eius nihil vos. velle voluntatem, vtque in vobis impleatur quod illa in salutem vestram disposuerit, fueritque diuinæ gratiæ maiestati: hoc oportet ut agas hoc enim est quod idem Danid ait suis in necessitatibus ac laboribus à se practicum: quod scilicet ad Deum velox conugetet, orando: *Domine ante te Ps. 37. 10. omne desiderium meum.* Et alio loco sic de se confirmat: *Voce mea ad Dominum clamavi, & quid Ps. 141. 2. dixilli: Effundo orationem meam in conspectu tuum, & tribulationem meam ante ipsum pronuntio.* Et quid ab eo petis: nihil in singulari, nisi ut eius fiat voluntas, prout mea conuenit saluti. Hoc singulari est, quod in Christo perpendimus: orans enim, postulandum & positus in Agonia mortalibus depresso angustis, hæc ad Patrem effudit orationem: *Si Matt. 26. possibile est &c. Fia voluntas tua.* Quomodo Vale. 42. tus Maximus licet gentilis, infideles instruens, VARIIS qua Deos suos deberent oratione conuenite, MAXIMO ait: nihil ab illis cum determinatione postulandum sed eorum omnia arbitrio permittenda, siquidem illi scirent, quid expediret: quocirca talem de hoc profert sententiam, qualem Doctor Ecclesiæ Catholice non posset præclarior: *Igitur se totum celestium arbitrio permittite, qui qui tribuere bona ex facili solent, etiam apertissima eligere possunt.* Hoc muneris tui est, inquit Danid, etenim homines in rerum æstimatione seipsum decipiunt: seape etenim hoc iacturam æstimate, quod illis lucrum est quam maximum, censent in eo modum, quod illis est remedium: commodum credunt & quietem quod in mortem præcipit sempiternam; *Veruntamen vani filij hominum.* Vani sunt mortales, & inanes capite, hebetisque iudicij iudiciores: *Mendaces filij hominum* q. d. ex sententia sanctorum Græcorum: peruersum de rebus ferunt iudicium: bonum indicantes malum, & malum, bonum: damnum, commodum: & commodum, damnum.

Quid igitur intelligis Rex sanctissime? quæ ratione tibi satisfas, & tranquillus manes? quid est, quod tibi animum suggerit ad Deum conlugient? *Semel locum est Deus, duo hæc audiui, locus quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia: intricata sunt hæc nodosaque verba: Semel locutus est Deus: & duo hæc audiui, sile gradum: ait tur. Diuus Augustinus o rex piissime, qua hoc veritate loqueri? *Semel locutus est Deus.* Nouit sapius? Diuus Paulus Apostol. suam ad Hebræos*



Hebra. 1. 1 Ex hoc principio orditur epistolam: *Multifaria, multisque modis olim Deus loquens Patribus in prophetis: nonne locutus est Adam, Euz, Cain, Noe Abraham, Isaac, Jacob, Moysi, &c. imo sepe numero singulis eorum? nihil in sacris litteris frequentius, quam locutus est Dominus ad Noe, locutus est Dominus ad Moysen, &c. locutus est Dominus tali, vterius quid sibi hoc vult: Semel locutus est Deus: & duo hac audiui. An qui audit, plura possit audire, quam quae dicuntur? si locutio fuit vniuersa, qua ratione tu duo intellexisti? egregia his verbis SS. Patres, mysteria aperitur. D. Bern. sic interpretatur, quod vnum sit, quod Deus semper ore suo profert; Semel locutus est Deus semel vniuerso: quia semper vna enim & non interpolata sed continua & perpetua locutio est. Sed audiamus D. Hiero. sic legentem: Vnum locutus est Deus, an plura non dixit vique; sed vnum est quod pro fundamento statuit legis suae fidei suae, mixtaeque fidei, hoc est quod dixit per*

Ps. 49. 7.

IX.

Hoc potestas est & voluntas nos adiun- di.

enim Davidem: *Audi Israel testificabor tibi: Deus, Deus tuus ego sum. En tibi hic verbum, quod Deus locutus est, sed ego audiens illud, duo intellexi: quia qua parte Deus est: potestas illi est, imo omnipotentia: & qua parte meus est, est illi misericordia in meam salutem. Itaque certus sum quod meum velit & possit bonum, animaeque remedium: Quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia, per haec mea mihi spes confirmatur, Spes mea in Deo est: & vestra pariter confirmabitur, Sperate in eo omnis congregatio populi.*

X.

Hominibus vel voluntas deest aut potentia.

4. Reg. 26. 27.

Ps. 145. 3.

His enim duobus redditi securiores, quod potest & velit, dormire poteritis in ambas aures: *Effundite coram illa corda vestra.* Hoc in mundo spes vestra in hominibus non soluitur, etenim si ad illos pro subsidio confugeritis quidam non possunt, licet velint, vt Rex Samariae, ad quem dum quis recurreret publicae famis tempore panem postularunt, respondit ille, egone? *Vnde te possit salutare?* Alij non volunt licet possint, talis fuit crudelis ille diues Epulo: videns enim Lazarum ad ostium domus suae fame languentem, & supplicem, implorantem succurrere noluit: alij nec volunt nec possunt, quocirca concludit David: frustra in hominibus confidendum: *Nolite confidere in Principibus, neque in filijs hominum, in quibus non est salus.* Nihilominus quando amicum habes, quem nosti quod ex vita parte possit in tui gratiam facere, sine vilo negotio aut sui detrimento, atque ex altera quod te sincere diligat tibi que intime afficiatur velut vitae suae; an non ad illum tuis in aduersitatibus tota fretus securitate confugeris? Si filius in praeter-

uentem casu fortuito lapsus, iam demergendus ad litus patrem suum conspiceret, qui manum extendens illum pelleret eripere, an non illi confideret?

Hoc ergo significat Deus hanc fore reprobam calamitatem, ut omnia illi in malum conuertatur siue sit in ciuitate, & hominum fruatur societate: siue in solitudine, ab omni consortio separatus: hinc siue illi manum adiciat: siue negotiis ciuitatis siue agri prouentibus: sinistro cuncta succedent euentu: *Va impio in malum, id est, maledictus eris in ciuitate, & in agro: ingrediens & egredietur uerumtamen dicite in isto: quoniam bene.*

VI. Reprobis omnia cedunt in malum. Siue quidquam eueniat illi in ciuitate, siue in campo foris siue quod negotiatur hic siue quod alibi: *Benedictus in ciuitate, benedictus in agro: benedictus ingrediens & egrediens.*

VII. Hoc in fallor spectat: Christus in illo sublimi promisso facto amicis suis siueque Patris charissimis, ex mente D. Thomæ quam dicit esse mentem D. Augustini: *Ego sum ostium, ait Dominus (nemo uenit ad Patrem nisi per me). Si quis per me introierit saluabitur & egredietur & egredietur.*

Ioan. lea. 1. & pascua inueniet. Sum ostium per quod homines ingrediuntur, ut sint æterni Patris mei charissimi, & filij dilectissimi. Si quis per illum introierit, operam inueniet salutem, & nunc ingrediendo, nunc egrediendo pascua inueniet saluberrima: Quid per hoc inuis optimum bonorum sortem: illi namque diuina bene uel misericordia, quam illis confero, ambulauerunt sicut filij Dei, qui sine dubio in omnibus salutem inuenient, illisque omnia ad eam proficiunt: nec non ingrediendo & egrediendo quouis tempore quouis loco pascua inuenient uitæ fecundissima. Phrasis est Sacra Scriptura, qua declarat omnes alicuius actiones, ut dicat: *ingressus & egredietur, ut iam diximus? q. d. quidquid illis acciderit, in commodum erit, in uitam erit illis quæ illis tribulationes accidant, diuitiæ siue paupertas, ueniat salus, ueniat infirmitas: itaque sicut impius comparandus araneæ siue serpenti, cui peccus mortifero regurgitat ueneno, quocumque se uertit, comedat flores, comedat delicias, omnia hæc uenenum eius augent intrinsecum; sic & bonus, instar Apis, quæ siue ingrediatur siue aluuario egrediatur, per illa siue per aliam tranuolet partem, illis insidet floribus, siue dulcioribus, siue amarioribus, hæc omnia in mel ei conuertuntur suauissimum; etenim uiscerum eius*

VIII. Mali ut aranea omnia conuertunt in malum. Hieron. Bapt. de Lamza Tom. III.

calor adeo excellens est, & uisifens ut ex omnibus uitam exurgat formetque optatissimam, talis est charitatis ardor in electorum cordibus; omnia namque illis ad uitam proficiunt, eamque ex omnibus eliciunt: *Diligentibus Deum &c.* Proinde in quocumque rerum euentu, sit ille infirmitatis etiam lethalis, illi ex corde congratulatur: *Dicite in isto quoniam bene: infirmitas hæc non est ad mortem.*

Notandum cum Diuo Augustino arcæ Noë fabricam summo opere fuisse mysticam: quandoquidem Deus ipse illius Prototypum ita per signula delineat, ut eam per palmos, altitudinem, latitudinem, & profunditatem describeret & quidquid in ea faciendum præceperat, quamuis antem Diuus Augustinus enucleet mysteria, prius perpeuderat Origenes, quod ipse etiã expendit, ex Dei præcepto signa, ex quibus componeretur, debere esse quadrata, sic enim hæc uerba intelligit: *Faciet arcam delignis leuigatis.* Licet enim in rigore terminorum ligna notentur hic leuigata, tamen Septuaginta sic expōit *De lignis quadratis*, eoque sensu interpretatus est Diuus Ambrosius. Ne crederetis (ait Diuus Augustinus) hoc mysterio uacasse, imo præclaro commendatur si notaueris quadratam figuram, eam esse, quæ nulla parte, si cadat uacillet: *Quadratum est quod nulla uacillet ex parte*, quinimo hæc ex causa sapientissimus Salomon ut securitati fundamentorum templi præceptet: *Præceptum ut tollerant lapides grandes lapides prestosus in fundamentum templi & quadrarent eos.* Lapidem siue quadratum, si hunc in illam ieceras partem, firmus cadit, si in alteram, similiter. Voluit autem sub figura quadratorum lignorum, ex quibus arca componeretur, delineare fideles ex quibus componitur Ecclesia, ut notat Apollonius Petrus qui si sint, non quales uidemus multos peccatores, sed quales esse conuenit, sancti iusti, semper fixo pede, ad quamlibet partem conuertant, consistant. Sanctitate præclarioribus teste Apostolo lapides sunt pretiosi & difficij Ecclesiastici, diuiniturque ad quodcumque elaborati, quia in quamlibet partem uertas, securi semper stant, & immobiles: *Quadrato lapide similis est iustus* (Sic Diuus Augustinus) *si qua uertatur non cadit; In ps. 88. nam quadratus lapis, quocumque eum uerteris semper stat.* Ex ea parte qua lubet illum summo, Confideta Iob diuitem & pauperem, sanum & infirmum, prole secundum & prole orbantum, semper pede stat immoto. Contemperate Abraham in propria & aliena regione; Dei dona & mandata recipientem ardua. Iustus rectè

X. Iusti ut quadrati sunt constantes. D. Avv. In ps. 88. nam quadratus lapis, quocumque eum uerteris semper stat. Tom. 8.



comparaueris adamantibus, quos verbera non emolliant, nec infringant: Omnia cooperantur in bonum.

XI. Quantum sapio spectat Apostolus. illud quod expendit Diuus Gregorius nempe in atrio praeclara illius domus, quam Deus ostendit Ezechiel, sculptas fuisse calaturas palmarum; sic enim legitur: Calatura palmarum in fronte eius hinc & inde; Itaque domum illam intrantes siue ad dexteram desisterent, siue ad sinistram, calaturas offendebant palmarum; etenim illis omnia ad victoriam cedebant gloriosam, audiamus, inquit D. Greg. vnum ex illis nempe ipsum Apostolum: Per arma iustitia à dextris, & à sinistris per gloria & ignobilitatem: per infamiam & bonam famam: hinc inde gestabat palmam, qui in aduersitate fortem alterum ciuem ad mentem reducere, & qualiter hinc inde palmam teneat demonstrare; beatus Iob cum enim esset visis orientalibus ditior, & prospera cuncta suppetere: & misericordia operibus erat intentus. Consumpti sunt greges, interfecti custodes, euersa domus, extincti filij, percussa caro, & palmam retulit, dicens: Si bona accepimus &c.

Ex praefatis elicit D. Hierony. explicationem verborum, quae David de viro iusto cecinit: Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabis. Aliquid quod tibi sit in malum. Videtur non congrue locutus: etenim supponit iustum latus habere manumque dexteram, nec vllam sinistram facit mentionem, an non sic dicendum cadent à latere tuo sinistro millia? nemo Dauidem arguat: ait Diuus Hieronymus; frustra namque in viro iusto sinistram quaesieris, ambae namque sunt dexterae, quia prospere illi & feliciter cuncta proueniunt; salus & infirmitas; opes & inopia, vita & mors: Omnia cooperantur in bonum: horum enim symbolum est dextera: Ego simpliciter dico: quoniam iustus duas habet dexterarum: sicut Ad qui utraque manu pro dextera utebatur. Similiter ex his Diuus Chrysostomus tibi non leue promebat lenimen, finetque Episcopo amico tuo Cyriaco. Sanctissimum doctorem graui vexabat persecutione, atque exilio imperatrix Eudoxia. Similiter Cyriacum amicum suum in exilium eiecerat suorum factio inimicorum. Mi charissimum & sine fater, mens mea est, aliquot tibi lenimen adferre exili, afflictibus scribo afflictio, vexatus Diuus Chrysostomus cum enim tibi animum admittit eo ipso, quo solaretur. mihi illum comparauit, quando se mihi impera-

trix Eudoxia declarauit aduersarium; etenim hac me statim consideratione pramuniui. Quid ipsa in me potest exequi, quod mihi non sit ad salutem? Si ferrati iubeat, hoc pertulit Iaias: si puteo iniiciat, iniecius est Hieremias. Si fornaci comburendum tradat, in numerum referat albumque Babylonis adolesecentum. Si leonibus esca proieciat: Daniel ero. Si me crucifigat: Petrum imitabor. Si capite truncari iubeat confors ero Pauli. Si me in sterquilinum eiciat vulneribus saucium, ipsi Iob me asidere putauero: Etenim ego cum à ciuitate fugarer, nihil horum curabam, sed dicebam intra memetipsum: si regina uult me exulem, agat quidem in exilium: Domini est terra & plenitudo eius. Si uult scire fecerit: idem passus est & Iaias. Si uult in caminum conicere, idem passus sum: tres illi pueri &c.

Eodem argumento seipsum armavit illustris. XV. finus Diuus Basilius ut reuert Diuus Gregorius Eadem Nazianzenus. Imperator Valens haereticus A. ualuit Di. nianus bello vexate decreuerat Catholicos, ut Basilius. autem uidit Basilius totis viribus ut mirum. & Orat. in neum stare pro Dei Ecclesia pastorem inuictis. laudibus. sinum, ad eum misit praesidem inhumana Bar. Basilius fo. barie notissimum, ut eum si non promissis saltè 157. minis flecteret: illum igitur coram se iubet adduci, quem truculentis cepit agitare terribilissimis, cui D. Basilius, nihil horum, quae mihi graui obiciunt, reformido, respondet ille: mille te modis conficiam: bona proferibam, extortè amandabo, cruciatibus exercebo, morte delebo ferocissima: Bonorum, inquit ille, proserptione, exiliis, cruciatibus, mortem &c. Nunc, inquit Basilius minus timeo, bonorum meorum non timeo proserptionem: etenim nulla mihi suppetunt. Si exilio dannaueris, peregrinum me in terra constitabor, si cruciatibus multiplicaueris, coronas mihi palmasque multiplicabis, si morte animaduerteris, ad aliam transibo vitam hac multo felicior: & Bonorum praescriptions obnoxius non sum, cum nihil habeam, exilium non cognosco, quia nullo loco circumscriptus sum, mors pro beneficio mihi loco erit & citius me ad Dominum transmittes. O quanta haec vobis, amicis Dei, consolatio: Infirmitas haec non est ad mortem sed pro gloria &c.

Duos hic considera: vnum Deo familiarem 44. & amicum, alterum peccatorem & inimicum, XVI. amicus censetur David ad mensuram diuini Exemplo cordis & voluntatem compositus, inimicum Saulem dico quem cum Deus ad Regiam extulisset Saule dignitate, illi tamen ingratus pertinax fuit, & David refractarius, qua ratione haec illi omnia proueniunt: omnia in malum. Sic doctissimus explicat

Psal. 90. 7
XIII.
Electo
nulla est
sinistra
manus.

D. Hier.
Iud. 3. 15.
D. Chry.
Epist. 3. ad
Cyriacum
exulem
Tom. 5.
XIV.

Qua ra-
tione Cy-
riacum &
sine fater,
mens mea
est, aliquot
tibi lenimen
adferre exili,
afflictibus
scribo afflic-
tio, vexatus
Diuus Chry-
stomus cum
enim tibi an-
imum admittit
eo ipso, quo
solaretur. mihi
illum compara-
uit, quando se
mihi impera-

1. Reg. 14.
27.

erat Lyranus illud Spiritus Sancti de ipso testi-
monium iuxta nostram vulgaram lectionē: Saul
pugnabat per circuitum, & quocumque se verte-
bat, superabat. Ex Hebræo verò sic: Quocumque
se vertebat impiè agebat vel impius fiebat. Quili-
bet successus illi præter voluntatem & sinistro
sydere euenit. Si eum gigas Goliath pronocet
ad certamen, ad eius hoc cedit depressionem, si
eundem David superet, rabida tabescit inuidia:
Si David non itet in conspectu eius, arreptio
spiritu moritur Lymphaticus. Si præsens adfit,
conatur eum lancea transigere; si non respon-
det illi loquiturque Deus, oblitus refugatur, si
non respondet, Satanicam consulit Pythonissam,
si successus euentum ignoret, angustatur, si præ-
scierit, quia dicit ei Samuel, corruit exanimis,
si Philisthæis non se opponat, si vicius illis res-
sistat, ipse eum filiis suis, totoque exercitu in
montibus Gelboe cæsus victusque prosternatur:
hæc est reprobi miseranda calamitas, ait Di-
uus Hieronymus illa Hieremiæ verba interpretat-
us: De malo ad malum egressi sunt: Nihil
illis ad bonum, sed ad malum omnia pronen-
iunt, & de vno ad aliud velut per quos-
dam gradus ad profunda vsque inferni prola-
buntur.

Hier. 9. 3

XVII.
Ita Dau-
di præ-
dixit
Abigail.

Quo successu Davidi euencta proneniunt: ad
voluntatem, ad animi sententiam, in bonum,
hoc illi subtili indicauit loquendi formula pru-
dentissima illa Abigail oratione illa adeo elo-
quenti, vt eam Spiritus S. de verbo ad verbum
descripserit: Domine mi rex, hoc tibi primum
sit studium, vt Sanctus sis, & ab omni peccato
spiritum tuum serues impollutum: quod si fece-
ris, vates tibi prædico: si quis inimicus in te in-
surrexerit tibi damnum illaturus, erit anima tua
custodita quasi in fasciculo viuientium; eius lu-
bet verba audire: *Malsitia non inueniatur in 10*
omnibus diebus vita tua. Si enim surrexerit ali-
quando homo persequens te, & quærens animam
tuam, erit anima Domini mei custodita, quasi in
fasciculo viuentium apud Dominum Deum tuum:
aduerit noster Cardinalis Caietanus ex Hebræo
legi: erit anima tua custodita quasi in fasciculo
vitarum: quia enim latina phrasis non admittit
Vitarum: cum nomen Vita non habeat plurale
translulit interpretes, in fasciculo viuientium. q. d. si
eor tuum mundum seruetur diuinæ consecratæ
amicitiæ, non dubium erit, quin omnia tibi ad
vitam euenient optatissimam: erit, ait illa, ani-
ma tua seruata in fasciculo vitarum, quocumque
namque se vertet & in quamlibet se partem in-

sciat, vitam inueniet: sicut ille qui in medio
turmæ militaris custoditus ad quamlibet se ver-
tat partē, illis semper occurrit: sic & anima tua,
inter vitas custodita, si morbus ingruerit, si hos-
tes insurrexerint, si te cognati tui persequan-
tur, si tibi deficiat alimentum, hic, ibi, alibi, vitæ
semper occurret, ita vt nihil tibi ad mortem
succedat infelicitet. Idem & vobis dico Chri-
stiani: si iusti essetis, si Dei amici, quid obsecro
vobis posset ad mortem euenire: & quæ potest
vobis accidere mors, quæ vobis non sit ad vi-
tam? hoc in ipsis Apostolis perpende, in Martyri-
bus, in Confessoribus, in omnibus Sanctis, quam
in rei veritate cognosces eorum Cruces, gla-
dios verbera, & carceres esse: Non ad mortem sed
pro gloria &c. hoc ipse Christus in parabola vi-
næ & palmitum exposuit, eam enim quæ for-
cundior est, putat seinditque seuerius, & eius
reprimat luxuriam agricola: non vt illam per-
dat, sed: *Vt fructum plus auferat.* Hac de causa Ioan. 15. 2.
primæ nota electis grauiore immittit tribula-
L. 24. mor. tiones, quas admittit imperfectis, earum illos non
cap. 13. subiiciens occasionibus. Expendit D. Grego-
rius id quod Spiritus Sanctus narrat ad rem ap-
13. 17. positè: *Cum emisisset Pharaon populum, non eos*
XVIII *duxit Deus per viam terre Philistij, qua vicina*
Deus *est, reputans ne forte periret eum, si vidisset*
popu- *aduersum se bella consergere, & reuertetur in*
li ad- *Ægyptum: sed circumduxit per viam deserti, qua*
huc *est iuxta mare rubrum.* Egressi sunt filij Israel
imbe- *de Ramasses: illuc enim omnes conuenerant,*
cilien *& planum illis patebat iter ad sinistram per ter-*
non *ram Philistym: hæc enim vicina erat terræ pro-*
exerc- *missionis, ad quam proficiscebantur: sed antiqua*
cui *erat illis cum Israelitis contentio. vnde statim*
labo- *arma capere debuissent, & perpetuo cum illis*
ribus. *certare dissidio, si veritas regionem illam iter*
arriperent: vnde ab illis populum Deus abduxit,
& ad dexteram direxit per desertum Ethî: Pro-
fectique de Socoth castra metati sunt in Etham in
extremis finibus solitudinis: tibi namque nullis oc-
currerent hostibus: quocirca Deus illis cū aduer-
sarijs belli sustulit occasionem: cum enim tunc
temporis nec viribus, nec animo, nec robore
præstaret: noluit vt velut enervi & vecordes ti-
merent: timor autem illos ab incepto deterteret
itinere, & regressū meditarentur: etenim animo
& vitibus debilis, illico despondet & captu n de-
ferit iter; iudicat enim si tato sit labore proceden-
dum, fatius esse regredi & ab incepto repedare
itinere, vt autē Israelitas & timor & cordis ig-
nauia, qua egressi fuerant de Ægypto, non com-
pelleret

hoc doli in Propheta & occidit eos in verbis oris mei. Domine concede mihi filium tuum vt de celo ad terram descendens me de terra in celum transeat, veniat: Sic Deus dilexit mundum vt filium suum unigenitum daret, ecce tibi illum trado ad omnia tibi conducibilia: Domine, tuo opus est mihi labore, fame, siti, triginta trium annorum fatigatione, fiat tua hæc omnia: maximi refert mihi vita tua ad vitam meam, sit tua. Tuus atamen sanguis, necessarius quem omnem in cruce profundas: profusæ ad vitam usque guttam, vestram fameo carnem mihi in cibum, & sanguinem mihi in potum: Accipite & comedite: hoc est corpus meum. Accipite & bibite: hæc est sanguis meus tuum mihi Domine Spiritum diuinum tribue necessarium, vt animæ meæ vitam largiatur: hæc est illum sub figura vini, quo respicit, & ignis, qui calorem conferat vitam.

III. Deus amicus est liberalissimus. *Papa: quàm benenolum amicum! quàm exacte veræ seruat leges amicitie, ait Apostolus, etenim omnia quæ illius sunt, tuæ computa subesse potestati, tibi quæ permittit, vt ea in gloriam tuam, quasi tua forent, liceat usurpare. Omnia vestra sunt: sicut Paulus, sicut Apollo, sicut moyses, sicut vita, sicut mors, sicut presentia, sicut futura, omnia autem vestra sunt. Quidquid possidet Deus, tui iuris est, eius gloria, essentia, regnum, opes, Angeli, quidquid Pater habet, tibi tradidit ad emolumentum: Qui proprio filio suo non peperit sed pro omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quidquid filius possidet, totum hoc tuæ traditur potestati: eius persona, anima, vita, Cato, Sanguis, Sacramenta, merita, Apostoli. Quidquid Spiritus Sanctus possidet, manni tuæ consignauit, dona sua gratias, fidem, spem, Charitatem, &c. o securum fidelemque amicum! quis vnquam talis existit amicus, vt eo modo traderet quidquid possidebat, ad gloriam amici sui, & beneficium: nullo excepto, nec ipsa propria persona, vita & incolumitate?*

IV. *Nulli alij reperiri paria amicorum, qui hoc nomine digni huic sunt censerentur: Pilades cum Oreste: Nylus cum Eurialo: Damon cum Phytea: in quo autem huius amoris inuitit excellentia? in eo quod alter alterius gratiã vitam suam exposuerit, licet illam non amiserit: tales huic apage amores: quamuis enim eos mundus habeat eminentissimos, quos vnquam celebrauit, tales atamen esse non dixerit, si huic amico nostro conferatur: qui sic nullo sibi reseruato, omnia cum effectu in gratiam*

amici sui, hominis scilicet effudit, & tradidit: quinimo seipsum manibus consignauit hominis, vt eo, in ijs omnibus vteretur, quæ in gloriam eius possent vergere sublimiores: hic vides illum conuersum in Sacramentum: est etenim in eo tibi, quidquid volueris: hic eius sunt Sacramenta, & quidquid illius est totum nobis proficit ad salutem: Si igitur homo, eo quod Deus se amicum illius stauerit, vt potest, & virtutem ad maiorem gloriam suæ cumulum ijs omnibus quæ Deus possidet, etiam ipsa Dei vita, Dei corpore, Dei Sanguine &c. iure potest optimo Deus eius, quem sibi habet amicum, omnibus vt, quæ possidet, nempe facultatibus, honore, salute, vita, & morte ad suæ laudis incrementum: nec enim patitur æquitas, vt habeas pro amico tuo ius ad Dei bona & quidquid possidet efficacius, quàm ipse ad tua & quidquid possides, pro amico suo.

Hinc conspiciet licet Sanctos Dei amicos, quanta animi voluptate tradant & petuntur Dei manibus quidquid habent, imo tua: ipsas personas, & vitam, vt de his omnibus pro beneficio suo ad nominis sui gloriam libenter disponat, cernit Moyses ardentem rubum: pro visionem grandem! ipso teste. Notat Rupertus, quod ignis positus in materia, & amplius adhuc in Rubo, confestim omnia consumat, quæ comprehendit: sicut ignis in spiritibus: ait Spiritus S. magnum ignis declarat incendium. Nihil est in terra illo efficacius, illo violentius, vt materiam, quam inuadit, illico redigat in cineres. Verumtamen rubum, in quo Deus apparet, necdum ignis non consumpsit, non arfecit: imo potius splendidior reddidit, clariorem, secundior, & vniuersior: dum iustus se Deo tradit, dumque in eo diuina inhabitat maiestas, absit vt illum consumat, quinimo lucem illi superaddit clariorem, vires ministrat fortiores, & quo possit illi seruire, se cupiditate donat amplior: non enim gladius Paulum occidit: non crux Petrum interemit: sed illos reddidit illustriores: quamuis enim eos Dominus sibi per ignem, per gladium, & per Crucem, exposuisset, velique, vt suas illi consecraret vitas: hæc omnia eo sunt animo, vt tanto lucidius in eis Dei gloria, nomenque resplendeat.

Euge age o Iob, en me explodit diabolus obijcitque nullum mihi fidelem amicum esse, quodque plus ipse quàm ego pressit: vt autem de diabolico referam triumphum, & gloriam mihi hauri, conquisitam, tuis omnibus indigeo gregibus, maioribus, ac minoribus: ouibus, agnis, arietibus, bobus, camelis, iumentis, &c. Domine: ecce tua sunt

V. Reciproca requiritur a nobis liberalitas.

VI. Amor illam accendit.

VII. SS. exem-

sunt omnia: necessarii quoque mihi septem filij tui, & tres filie tue, vt ne vnus de numero superstiti illos sumito: nec his satis, insuper & te ipsum requiro, vitam tuam, & incoluntatem, ecce in manu tua Dominetotus tantus quantus sum: incipio vt tuo vtere: hic est, ita hic est, amicus integerrimus.

Abraham gloriæ mex præclarum præparato trophæum vt mundus agnoscat, quàm fidelem te habeam amicum, vigile in tuis actibus meos ipse proponam sed tuo opus est filio, eoque interfecto, quem tu ipse pater, & carnifex tuis ipse manibus obrunces, atque in altari exustum offeras holocaustum. Domine, en illum tue libens offero dispositioni. Dauid & amicum meum te esse gloriaris? noueris mihi non parum referre, vt tuo vtar corde, tua anima, teque periculis & difficultatibus exponam acerbioribus; perplacet mihi, Domine & quo ijs quæ mea sunt manum inieceris lauiorem; tanto me cumulabis beneficio præclariori: *In me sunt, Deus, vota tua: non est in me nisi voluntas vna, & hæc ea est vt in me tua vota compleantur, & quidquid de me placuerit ordinare, siue vitam, siue mortem, siue sanitatem, siue languorem, omnia mea tua sunt. Euge age Saulc, vlque modo crudelem te passus sum inimicum, nunc autem in fidelissimum mihi te desino amicum, & vt talem exoptulo. Sicine Domine quidquid igitur sum, quidquid possum, tuo dedico seruitio, corpus meum, animam meam, sanguinem meum, meam vitam, meam personam tibi sint hæc omnia adeo deuota; vt pro meo non sum habiturus, quidquid tue non fuerit oblatum liberumque dispositioni: Domine quid me vis faceret?*

27. 55. 12.

AA. 9. 6.

VIII. Ex his rationem capies cur Sancti Dei, vt pignora æstiment & diuinæ amicitie tesseras tantopere bonorum iacturam, sanitatis, honoris, vitæque fecerint dispendia: hoc etenim est velle Deum his omnibus vt, velut suorum bonis amicorum. Apertè Rex ostenderet quòd nobilissimè sibi censeret amicum, si bonis illius vteteret, si in salubris eius syluisque venaretur, in eius habitaret palatijs, in eius dormiret lectulis: deinde si plumoso tempore eius Rex pallium sumeret, quo sibi corpus ab imbre contegeret ipso nullum aliud habente quanta foret hæc gloria nobili? Domine, tanto Rex amore talem prosequiturobilem, vt illi pallium de humeris auferat, nudumque constituat vt illo se cooperiat. Habes hic cur Sancti tanto cumulentur gaudio suamque reputent gloriam, si Deus illos expoliet, opes vitamque

IX. Similitudo.

auferat: etenim norant hoc agere Deum, ad sui nominis incrementum.

Expendit D. Chrysostomus facinus illud ex Orat. mium trium Adolescentum in Babylonia: atque con. l. u. illos ante Euangelium adeo fideles: Dei amicos deos. ipso opere se demonstrasse, vt illam impleverint X. legem, quam in ipso Dominus nobis promulgauit: *Maior em hac, dilectionem nemo habet, quam cæcum in vt animam suam ponat quis pro amico suo*, ad forsoriace lam diuini nominis gloriam vitam suam illi & Babyloni obtulerunt & consecraverunt. Notes autem ex D. ca synce Chrysost. quid protellati sunt: nimirum se nul ra intere la hoc intentione facere, vt eius gratiâ quodpiam tuo. rependeret illis beneficium: seu prætinam, se *Ion. 1. 5. 13.*

Tyrannus minus terret: quod si Deum suum non abiuraret, illos in caminum ignis conjiceret exutendos: responderunt illis se nequaquam tantam Deo suo contumeliam irrogaturos: hic, inquit eius amore vitam nostram consecramus: si liberare nos vo'uerit de eius non dubitamus potestate, si noluerit, hoc ipsum gaudium & prætinam æstimamus: quod nobis ipsis, nostraque vita se voluerit honorari: *illi exposuerunt D. Ch. animam suam pro gloria Dei, neque solum ob hoc Tom. 3. sunt admirandi: sed quod id nullus mercedis gratia fecerunt: ideoque dicebant: Ecce. Deus in celo potest eripere nos, qui etiam si non eripiat notum se tibi Rex non seruaturus dixi tuis: sufficit nobis illa merces, quod propter Deum morimur.* quod Deus illos esset remuneraturus, suosque Sanctos pro eo quod in gratiam eius fecerunt: hoc tamen noueris, legem hanc amoris esse perfecti, pati, & opes suas ac vitam manifesto exponere discrimini in Dei tantummodo gloria eiusque nominis obsequium: licet nulla hinc merces expectanda sit alia, quàm quod hoc illi placeat: *sufficit nobis illa merces, quod propter Deum morimur.* Hic igitur est verus amor amicitie, quem cum Philosophi, Theologi diffiniunt.

Quam sibi gratum hoc censebat Apostolus, 47 XI. quando Deus illus vtatur corpore, salutem illi auferens, catenis, flagris, naufragijs, mortisque Iusti gloriam exponens tradensque periculis? ô quantum exultat dum ait: *Magnificabitur Christus in tribulatione.* Quam alacres Apostoli quando Christus eorum in tribulatione vtatur personis, seque pro eius nomine flagris, cernebant affigebant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij: *quoniam digni habitus sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Quæris, Domine mi, cur electos suos amicos Deus atrocioribus excerceat difficultatibus quid illi inde lucrî, quod Petrus

Petrus crucifigatur, Paulus decapitur, Stephanus lapidibus obruitur; in craticula Laurentius exuratur; sic eius gloria conueniebat, ut haberet, qui diuinitatis suæ testes essent adeo constantes, ut pro eius confirmatione, vitā suam profundere & sanguinem tradere non dubitarent: & hic non vnus esset, sed plures & mille millia, an ergo ad nominis sui gloriam sibi morte & iactura vitur alienorum? vitur: etenim sunt eius amici: vnde illis eorumque bonis vitur, in quo & ipsi trophæum suum & gloriam statuunt primariam.

XII. Qui nimium lugent in aduersitatibus, veri non sunt Dei amici.

XIII. Gentiliū feruor in Deos suos non fundit.

Insuper ex his patet, quā parum te amicum esse Dei demonstras: cum volente ipso aliquid tui ad gloriam suam usurpare & in tuā fidelitatis atque amicitia probationem, tanto dolore crucieris, ut te clames infelicem, & infortunium esse definias: quo non immoderato te vexas dolore, ac luctu, quando tibi filium aufert charissimum? quanta desolatione deprimeris dum tibi filiam admirabilem dilectissimam? sic te habes, ac si tibi non tolerandam intulisset iniuriam: quā impatenter ubi doles auferri facultates salutemque corporis? hoc enim est amicum esse Dei? sic me respondes amicitia, quā te prius præuenit tibi cuncta, quæ possidebat, ipse confignans; quanto pudore suffundi deberemus, pendentes ea quæ Gentiles suis offerebant simulacris. Adera enim diabolus, & ingressus idolum, ut Deus volebat adorari, dicebatque, præcipio: ut in mei obsequium immoletur hic coram talis Principis talisque Regis primo; nitus, ilico parentes ipsi filium apprehensum & coram idolo iugularum, exurebant, iactabantque felices quod Deus suus eorum dignaretur sibi dona consecrari: quinimo in ipso idolo valis Tophet, dum filij spectantibus parentibus exurerentur, tympana quatiebant, iudebantque fistulis, aliisque lætitiæ instrumentis, quo suam testabantur mentis alacritatem, dum filios suos & viderent & audirent plorantes, & in ipso simulacro vivos concremari, & hoc quidem non vno fiebat die, aut biduo, non vna faciebat natio, non plures, sed omnes mundi nationes, idque per annorum mille curricula, quid plorant in ipsis Indijs mos increbuerat (ut alias diximus) quod annuatim in vrbe Mexico de monti viginti millia cordium filio, um offerrentur, & quidem nobilium totius regni, quos patres tanta demoni voluptate consecrabant, ut diem illum albo calculo, tanquam familiaris suæ honorificum, festiuumque insignirent, quibus certam cuncti congratulabantur, ex dono gratiæ,

quo Deus illos affecerat, volens se eorum filijs honorari, alijs æmulos se ostendentibus, quia sibi tanta non conferebatur gratia. Heu Domine mi, quā multo minoris te facimus, cum te talia non petente sed volente huius nobilis, vel equitis, vel alterius cuiuslibet filium, tantus eratur luctus, & ploratus, tota lamentatur familia, vestem induit lugubrem, & se clamat infortunatam: & dum ab altero vel micam auferte studes sanitatis, vel granum facultatis, omnia querimonijs, omnia impletur impatientiā. Satis superque testatur amorem nostrum imperfectum, norandum, frater mi, in aduersitatibus tibi contingentibus, quod Deus te velis ut ad nominis sui gloriam, tibi que dicat: *Infirmus hac Ore pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam.*

§. 16. Ut audiuit &c. Tunc quidem mansit duobus diebus in eodem loco: Tardauit Dominus, morti locum concedens, ut suam ostenderet sicut in Iordane, potentiam.

Postquam Dominus nuntium a se, hoc ref-
ponso, dimississet, ait Evangelium quod bi-
duo in eodem loco ubi occurrit illi nuntius,
remanserit. Narrat autem hoc verbis adeo my-
sticis, ut velit nos diutius illis inhære, faci-
huius mysterium perpendendo: *Vi ergo audiuit,*
quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem
loco duobus diebus, non ait simpliciter, quod Do-
minus ibi manserit, sed ait: *Vi ergo audiuit,* mora nō
quæ est nota relationis: insuper temporis circum-
stantia declaratur per *Tunc*: deinde adiungit
confirmations aduerbium? *Quidam* quasi dicat:
auditis his, quæ audiuit, eodem momento de-
creuit in eodem loco remanere duobus diebus,
quid hoc Domine mi? tunc ille, qui tanti tuos
facis amicos: an ex eo, quod tibi nuntiarunt, re-
moræ sumis occasionem? *Vi ergo audiuit & tunc*
quidem mansit. Contrarium, ni fallor videbatur
inferendum: etenim amoris veri est illa proprie-
tas, nullam necesse moram, ut amico subueniat
pro rei necessitate laborantem: *Ne dicas amica tuos* *Prov. 3. 28*
vade & reuertere: cras dabo tibi, cum statim possis
dare: Sic monet Spiritus S. Quam primum, co-
gnouit Abraham captum in prælio ab hostibus
Lot, agenda cuncta demisit, & euro velocior
accurrit, illum erepturus. Quā horā nuntiaunt
Dauidi, amicos suos ab Amalechitis grauer
oppressos, ne quidam quidem distulit ijs necessa-

nas adferre suppetias; quam fidelis foret ille medicus, si praemonitus; quod talis illi amicus lapsus esset in Paroxysmum, eadem hora resideret, & data opera lussus vacaret & confabulationibus; amor est diligentissimus: idcirco Alarus depingitur.

II.
Hoc fecit
vt suam
tantò cla-
rius ostē-
detet vir-
tutem.

Quis igitur credat, Domine mi, quod eo ipso tempore, quo amici tui denuntiatur infirmitas, quod esse debere videtur tempus illud quo statim de loco discedere; eodem instanti hærea, non vna hora, non duabus, sed biduo? videtur quod Evangelista nos quasi de hoc dubios aduertens, quibusdam hoc particulis certis assereret, dicendo: *Tunc quidem mansi in eodem loco duobus diebus*: Non dubito quin voluerit hic Evangelista magnum declarare mysterium: & quod non sine ratione audiens sibi Lazari denuntiari infirmitatem, substitit duobus diebus: per hoc incipiens implere: id quod iam dixerat quod illa infirmitas ad Dei gloriam proveniret, per quam & ipse Filius Dei esse cognosceretur: ad hoc enim expediens erat toto illo tempore demorari, necessario, quidem, vt eo morbus ingravesceret, donec tandem Lazarus humanis valediceret, sepeliretur, & in sepulcro corrupteretur: ita vt ipso iam accedente dicere liceret: *Domine iam fiet: quatrduanus est enim*.

Iosue 1.
10. & 3. 1.
15.
III.
Mors
compara-
tur flumini
Iordanis
cuius ex-
ponitur
Allego-
ria.

Recordatur, vt opinor, Evangelista eius, quod Spiritus S. narrat duci suo iuncto Iosue a Deo præceptum in eodem loco, ubi modo Dominus, motam trahit triduanam. Cum toto populo ad oram venit Iosue fluminis Iordanis: hic enim ostium erat aperiendum ad ingressum terræ promissionis: iam fluvius hic inundare cœperat, licet non eo visque, vt non posset peruari: Sicut de facto illum duo viri liberè persuadunt, quos Iosue misit exploratores ad urbem Jericho ultra Iordanem: consulto Iosue Dominum de modo transeundi: cui ille: hic ad oram consistite: hic totus populus cum Arca fœderis ex industria conveniat, & triduo præstoletur: quo intumescat Iordanis aquæ tantum increscant, vt totum fluminis impleant alveum, ex aquis deluper affluentibus; ad quid hoc ergo Domine: an non expediret, vt illico transemus cum modo facilis pateat transitus fluminis, quam si differamus donec ad summam visque aquæ fluminis intumuerint, quis illum tunc saluus pertransiet? Imo potius hoc intentioni meæ convenit. Hoc autem præcedo, vt totus mundus arcæ meæ virtutem agnoscat in qua vult in sede resideo, si modo dum aquæ paulatim increscent fluvius transterretur, non hæc foret tam præclarum faci-

nus: increscat quantum potest ex continuo aquarum affluxu, totusque intumescat, quatenus constet nullis posse viribus per illum sterni transitum: tunc enim; & accedente arca mea submittet se fluminis impetus, & violenti se cohibebunt torrentes: medium aquis in declivie fluentibus, sed retrogradu cursu subsistentibus; per hoc autem diuina eius virtus innotelet: *In hoc Iosue, scietis, quod Dominus Deus vivens est in medio vestri*. Promissis facta conveniunt: cum enim fluvius alveum impleteret, & aquæ ad summum visque intumuiscent, sic vt non possent amplius præcepit Deus eo fœderis arcam adduci, conflantem agnoscat fluvius diuinam eius potentiam, clarè conspiciunt omnes, quod suos contineat impetus, quod aquæ fultum resiliant, & ita in vnum conglomerentur, vt ipsis montibus esse viderentur altores: ita nunc, cognoscat omnes quod in arca illa Deus vivus lateat: cuius venerandam Iordanis alioquin indomitas & maiori fluvius impetu, vereatur maiestatem, qui hæcenus nulli se submiserat.

Hoc postmodum Pfalterio suo facinus David celebravit, dum ab ipso Iordane refluxus sui inquit rationem: *Tu Iordanis, quare comersus es?* Respondet: *A facie Domini, ex veri Dei præsentia, cui subiiciuntur Mara, flumina, terra, cæli, & creata omnia*. Intendit hodie Deus, vt pateat in hac humanitate filius eius, non sicut in umbra, & figura, quemadmodum in arca sed illi realiter verò & hypostaticè vnitus: *Deus erat 1. Cor. 1. in Christo*; & quidem sic vt in illo tota esset diuina potentia: *In quo inhabitat omnis plenitudo Colos. 2. diuinitatis corporaliter*. Ad huius probationem decernit, vt mortis fluvius suas declinet aquas ad domum Lazari, per molestiam ægritudinis: potens erat ipse continuo aquas illas constringere vnico suo verbo, vt sapius ab ipso factum esse cognouimus: quinimo cum hoc sit illi valde frequens, volens quid omnino patrare singulare, per quod omni constaret mundo, quis ille sit, biduo remoratur; imo quatrduo, antequam accedat, vt interim aquæ huius fluvij mortis increscant, quantum fas est, nec ultra suas possint vires exerere. Quid aperire potest mors? Primò vexare potest infirmitatibus: sunt enim Mortis præcursores, qui viam illi sternant: an amplius explicari potest: potest vique occidere, vitam auferre, animam a corpore separando: an ultra potest, corpus ad sepulcrum trahere, velut ad proprium antrum, suumque domicilium daturus ultra: datur: ibidem illud deglutire, deuorare, consumere, digerere, suoque veni inuiscerate, lupa inma-

inior quid in agnum potest efficere: morsum in-
figere, quo illum proternat adimatque illi vi-
tam: potest in speluncam suam attrahere. in sto-
machum trahere; eamque digerere; an ali-
quid amplius? iam eo peractio nihil superest a-
gendum.

V.
Has tamē
Christi
virtus lu-
perat.

Sæpius voluit Dominus sue diuinitatis ma-
nifestare vires contra mortem, sed in quibusdam
casibus, in quibus ipsa nondum extremas vias
exererat vires, nec tantum quantum poterat, effe-
cerat: multos curauit infirmos, vt seruum Cen-
turionis, filium Reguli, & quosdam alios: qui-
bus iam mors deiternam infixerat aegritudinis, sed
nondum occiderat. Filium à mortuis reuocauit
Iayri Principis synagogæ, & quam iam mors in-
teremerat. Sed nondum sustulerat, vt in spelun-
cam traheret sepnicti; heri iuuenem illum ex
ore mortis eruit, quem ipsa trucidauerat, &
in speluncam suam attraherat: nondum quidquid
poterat, effecerat. Nunc autem, dum diuinam
suam intendit exercere virtutem, mortis viribus
longe superiorem, procrastinat, locumque ce-
dit, vt incrementum aquæ quantum possunt, & non
solum illum mors infirmitate percussat, sed &
occidat, & sepeliat, sed nec hoc satis, imo per-
mitti, vt deuoret, & comprehensum digerat, sic
vt nihil superit illi de cætero peragendum.
Exspectat dum Lazarum occidat, illum terra
recondat, illum consumat, illum in puluerem re-
digat, illum pædore compleat, quasi iam plene
digestum: *Vis tota mortis impleta est:* ait D. Petrus
Chrysiologus.

D. PETR.
CHRYS.
Serm. 63.

Modo igitur prodeat, & donec hæc peracta
sint iter suum differat, vt pateat, quod Deus sit
vires, de quo cecinit Dauid, illi esse proprium
quemlibet de mortis vinculis absolvere, quin-
imo eius ore & stomacho absorptum erueret:
Domini Domini exitus mortis hoc valuerunt hu-
ius potentissimi Regis vires, dum adhuc Opilio
Patris oues custodiret, vt manus iniiceret lupæ,
& leonæ, & vrsæ violenras, dum ouem vnã
sibi eripuerat eamque dentibus eorum erue-
ret, verum nec in illo, nec in quolibet alio tantæ
possunt vires inueniri, vt ouem eruant, quam
iam Leo stomacho suo iniecerit, & plene dige-
serit, vires sunt hæc Deo proprie, & illas aiebat
esse certissimam diuinitatis sue confirmatio-
nem. Dum olim Dei populus in Babylonia ca-
ptiuus de se querebatur, quasi iam omnis spes
esset ablata remedijs, his verbis hoc indicauit: se
in ea regione quasi sepultum esse, & à morte de-
uotatum. Ita nunc, ait Dominus, congrua est

VI.
Resuscitatio de
sepulchro
diuinæ
potentiæ
agnum.

Hieron. Bapt. de Lazaro Tom. III.

hora, & tempus oportunitum, vt prædæm ego,
& brachij mei vires demonstrarem: gratenus li-
quidò tibi constet, quod Deus sum: qui potesta-
te valeam mortuos de sepulchris educere, in qui-
bus mors illos iam consumptos tenebat & exe-
fos: *Ecce ego aperiam tumulos vestros, Popule meus: Ezech. 37*
& educam vos de sepulchris vestris, & inducam in 12.
terram Israel & scietis: quia ego Dominus, cum a-
peruero sepulchra vestra, & educero vos de tumu-
lis vestris, popule meus: & dadero Spiritum meum
in vobis, & vixeritis. Vt cognoscatis, inquit Do-
minus, quia Deus ego, & securum huius habea-
tis argumentum, iter meum protelauit: morti li-
beram concedens potestatem, vt agat quidquid
& potest & nouit: ne dicat aliquis: quod liberat
illi non permiserim habenas, nec prædæm per-
fectæ eius dimiserim potestati: vt brachij sui
Samson vires proderet, in Phylisthæos, hinc se
ligari, & religari, vinculis, restibus, nouis, dupli-
catis, triplicatis: eia agite Phylisthæi, an ligare
luber fortis: an aliquid agendum superest? ni-
hil omnino. Hanc igitur meam declarabo pot-
entiam, nunc vires exeram: vincio tractu cunctos
diffringit funes & laqueos: ecce potest hic vni-
co tractu plus, quam vos omnibus vestris ma-
chinis efficere.

Rationem inquit D. Augustin. cur Deus de-
legans Moysen ad Pharaonem obfirmatum, &
contumacem, vt diuinam illi notam faceret po-
tentiam quam Moysi dederat miraculorum ei-
fectricem, illi præceperit, vt pedentim pro-
grederetur, & disputans cum magis, & incan-
tatoribus Pharaonis, liberam illis permitteret
quælibet agendi potestatem, quam & illis con-
cessit, vt prælijs suis virgas in colubros & a-
quas verteret in sanguinem: vt quid tanto il-
los tempore patitur dicebat illis Moyses: ea a-
gite: quidquid nolitis, quidquid potestis, vt quid
illos, o Dux strenuissime, minime reprimis, ma-
nusque eis ligas: cum hoc tibi sit adeo facile: *Vt*
mirabilius vincerentur. Cum hinc constet Dei
potestatem in Moysè omnium dæmonum eui-
cere potestatem, qui per incantatores illos ope-
rabantur, omnem suam extendo tum scien-
tiam tum potestatem. Licet hic conijcere, cur
Christus moram traxerit & cur, dum illi denū-
tiatur à morte Lazarum impugnatum, pedem
figat immotus q. d. in hoc ipso opere meam ego
contra mortem diuinam demonstrabo poten-
tiam: eia age, habenas illi permittamus laxissi-
mas, vt illi nihil superest peragendum: audiamus
D. Petrum Chrysiologum: *Vt audiuim infirmari*
Lib. 10 de
Ciuit. c. 8.
VII.
Magi
Ægypti
permit-
tuntur
omnia fa-
cere, vt
Dei po-
tentia
ostenda-
tur.

D. PETR.
CHRYS.
Laza-
Serm. 63.

K k

Lazarum mansit ibi duobus diebus: videtur quem admodum dat locum morti, licentiam dat sepulchro, corruptioni posse permittit. negat nihil patre- dini nihil factori, atque ut tartarus, rapiat, trahat habeat, admittit, atque agit, ut humana spes tota percat. Et tota in mundana desperationis incedat: quatenus quod factus est, diuinum sit, non huma- num.

§. 17. Tunc dixit: eamus in Iudæam. Si- cut moram trahit, quando hora non est op- portuna, sic diligentes accurrunt ad opportu- nam, ut declarat Abacue.

50 **N**otandum autem, quod Saluator noster sicut ex industria, procrastinat, quando conuenit, sic ipse, nemine eum mouente, agit de subueniendo hora tempestiua. nec enim vel momento subsistit, illa iam accedente. Quocirca addit Euangelista quod elapso biduo ipse suis dixerit discipulis: Eamus in Iudæam iterum, declarat nobis Salomon diuinæ sapientiæ proprietates, id est, Christi, Saluatoris, iuxta A- postolum quales autem sunt: *Omnia mobilitas mobilior est sapientia: id est nihil diligentius, ni- hil solertius, ita D. Aug. imo hac de causa de ea pronuntiat, quod instanti temporis: Attingit à fi- ne usque ad finem fortiter.* Lux est diuina, quæ eo instanti quo lucebat in Oriente, totum peruolat spatium, usque in Occidentem, ut nihil sit, quod eius cursum temoretur nec momento quidem temporis, serendum nihilominus quod *Disponat omnia suauiter: eo modo quo musica harmonia ex qua sonus auditur suauissimus, qualem descri- bit Spiritus S. audit in templo, dum eius sacri- ficia summus sacerdos Omnia celebraret: Et in magna domo auditus est sonus suauitate plenus.* Cantor industrius in vocibus suis est obseruan- tissimus: quatenus enim in mensura multa con- ueniunt puncta, vnci, semi vnci, suspensio, minimi & seminimii: nihilominus aduenit quod cum musicam ordinar, tacitus tæret, & vocem atque alteram præ erit mensuram, qui amice hæret & vocem tuam suspensio? Domine, Musica est, & tempus expectandum opportunum, idque adeo necessarium, ut nisi expectaret cantu omnia disso- no miscerentur, sic aut diuina sapientia omnibus accurrat *A fine usque ad finem, summa diligentia: In seruando te non morabitur: sed ut fiat ex rei conuenientia, expectat vno altero, imo decem diebus, & quotquot iudicat expedire, ut opus suam habeat perfectionem, ut debitam Musica*

consonantiam: idcirco ait Spiritus S. quod diui- na sapientia *Omnia prospiciat, omnia contem- peret, & iuxta D. Ambrosium: Speculatur omnia, Lib. 3. de omnibus prospicit, omnia speculatur, ut mihi he- Spiritu Sa- ne videatur exprimi illa figura, in qua se Prophe- ta proposuit Ezecheli: habebat enim in manu III. mensuram vnam & alteram, quæ cuncta metie- batur: Funiculus lincus in manu eius & calamus lus & mensura in manu eius, quo designabat, quod o- pera sua cæco non faciat impetu, sed progre- diendo cum mensura, & calamo, nunc subsistens, eius. nunc subueniens, quomodo, quando, cæque ra- tione qua consultum fuerit: non enim diuina, hoc opus est sapientiæ, quam primum vocatus, accurreret: ad primum necessitatis sensum auxi- liari: atque ad primam remedij suppl. cationem, exaudire: sicut nec ad hominum petunt medi- ci sapientiam, aquam in summo petebat, eo quo petit instanti, eo quod sit languens exarel- cat.*

Hoc vult Deus, intelligamus omnes eo tes- tificati, quod vati dedit Habacuc: extremis labo- rabat populis angustijs, & calamitatibus ange- tatur non vulgare, ex continuo incursu int- venire ad remedium quibus non parum accrebatur; à Deo utilitate remedium postulat semel, bis, tæpius, tacet nostiam. Deus, non respondet, non succurrit; angitur Propheta, & ait: *Uisne quæ Domine, clamabo & non exaudies: vociferabor ad te, & non paries, & non sal- uabis: hi: contormiter querelas exponit va es hic amorosus: Domine mi, sancte meus, nunquid tu ille, qui nobis contra mortem iurasti defen- sionem? Numquid non tu à principio Domine Deus meus, sancte meus, & non morimur: dato hoc li- bello supplici, summa expecta. attentione, quid Deus illi respondeat: Super eustadum meam fla- bo & contemplanor, ut videam quid dicatur mihi. Elapso multo tempore, tandem respondet Deus: Respondit mihi Dominus: quid quæso res- pondit: ait: responsum mihi à se dandum, tanti esse momenti: ut iubeat illud, me in tabulis ex- arare. Iteris adeo claris, & omnium oculis expo- sitis ut quilibet eas posset absque vlla hæsitatio- ne & offendiculo perlegere: *scribe visum & ex- plana enim super tabulas ut percurrat qui legit eum.* Quid continet? respondet quod licet videatur procul absitare Deus, eum tamen videbis esse proximum dum expedierit: *Adhuc visus pro- cul, appa. ebit in finem: si moram fecerit, expecta eum: quia veniens veniet & non tardabit, arcana sunt hæc verba, si tunc videtur, quando aduocas illum, quod procul adhuc absit, si visus procul? no- ueris autem quod apparebit in finem, alij le- gunt:**

Sap. 7. 17.
Lib. 4. de Gen. ad literam 10. 12.
I. Deus omnia prudenter disponit.
Eccl. 10. 10.
II. Similitudo.
2. Jo. 46. 13.

gunt: *Apparebit in bonum*: idque ex regula Philo-
sophiz quod bonum & finis conueniantur.
Apparebit tibi quando tua conuenit saluti, vnde
de si tardauerit, expectat illum: *Quia veniens*
1. Reg. 25. *veniet*. Phraſis eſt Hebraica q. d. certiffimè ve-
niet, vel magna veniet ſedulitate, ſicut illud: *Vi-*
28. *dem vidit facient faciet.*

Et non tardabit: amentiam videtur hoc ſapere:
ſi tardauerit non tardabit: qui fieri poteſt, vt
non tardet ſi tardet: Non tardabit ad vti-
litatem ſi tardauerit ad tuum deſiderium: in-
quit D. Auguſtin. quia quam primum expedie-
rit, tecum habebit illum adiutorem, tardat medi-
cus & procrastinat potum dare febricenti: ſi
deſiderium eius attenderis febribus enim nimis
inardescit, ſed non tardat ad eius vtilitatē: quan-
doquidem cum primum iudicari potum eſſe
poſſe languenti ſubſidio, illico iubet ægro pro-
pinari, altiffima hic conſidera doctrinam, quon-
tius afflictione turbatus, Deum inuocas, pro re-
medio ſupplicas, qui tamen moram trahere vider-
tur, & abeſſe longius, cum tibi non indulgeat,
non te ab infirmitate liberet: hoc noueritis, cha-
riſſimi, veniet tempore opportuno, tibi in bo-
num: *Apparebit in bonum*. Heu Domine mi,
quam diu venire differis: iam tot elabuntur dies,
quibus hæc æger detinetur infirmitate, tantoque
me tempore lugeo pauperiffimum, nec mihi
quidquam video eſſe poſſe ſubſidio &c. ſi Deus
ad tuum procrastinet deſiderium, hoc tibi con-
ſtet, quod ad tuam non tardabit vtilitatem, nec
differet ſaluationem: etenim cuncta funiculo
metitur, & *Calamus menſura in manu eius*. Co-
gnoscat hunc tibi optime conuenite languorem
vt intelligas te mortalem eſſe, vt in te ipſum re-
uertaris, vt peccatis, quibus inhæſeras, mita-
repudium, cognoscat inopiam tibi expedite & ſi
neceſſitate: etenim illa redderis humilior, beni-
gnior, tuſque ſupprimitur ſaltus arrogantior:
dum enim te nullius operâ tibi perſuades indi-
gere, in ſi perſiam erigeris, Deique minime re-
cordaris.

D. Avv.
V.
Simili-
do.

Apoc. 5. 6.
VI.
Agnus
videtur
eſſe mor-
tuis ſed
ſeptem
oculis
vigilat.

Mortuus videbatur D. Iohanni agnus, quem
in throno videbat reſidentem: *Vidi agnum ſe-*
dentem in throno, tanquam occiſum: ſedebat
agnus in throno, vt Rex & Dominus ſupremus
terre gubernator. Si terre moderabatur habe-
nas, qua ratione dicitur, vt mortuus? viuis ad-
modum eſſe debet in ſua republica gubernator:
ſic eſt, & talis erat hic agnus: qui licet quie-
tus videbatur & immotus, quaſi mortuus, à
Iohanne tamen videtur ſeptem fulgens oculis,
